

Resolutio Art. II.

Angeli possunt sibi assumere corpora: Quæ quidem non sunt eis naturaliter unita.

RE S P O N D E O dicendum, circa apparitiones Angelorum esse triplicem modum dicendi. Quidam enim voluerunt, quod nunquam apparuerunt Angelii assumendo corpora, sed solum immutando sensum, vel virtutem phantasticam, ut ingredendo sensui talam speciem, dicti sunt apparere in illa specie, ut omnis huiusmodi apparitio sit secundum immutationem sensuum, non seu aliqua formationem in re extra. Ad quod ponendum sottem ideo mouebantur, quia visum est, quod cum apparuerint, statim postea disparuerunt, quod si fuisset aliqua formatio in re extra, non ita citè, ut videtur, potuissent disparere, quia non ita citè dissolutioni potuissent corpus illud formatum.

Sed haec positio multum discordat à veritate Scripturarum sacrae, secundum quam aliquando apparuerunt Angelii, ut ab omnibus similiter videbantur, ut patet Gen. 19. quando duo Angelii in specie duorum virorum venerunt Sodomam et spem; sedente Loti in foribus ciuitatis, qui cum hospitiis essent in domo ipsius Loti: omnes vires ciuitatis à pueru vñq; ad senem circundauerunt dominum ipsius Loti, ut emitterentur foras vires illi. Si ergo illi Angelii quibuscunq; apparebant, apparebant in specie viri, non fuit hoc solum secundum immutationem sensuum, quia quod sic fit, quod appetet vni, non appetet alij. August. etiam 15. de Ciui. Dei, loquens de huiusmodi apparitione Angelorum ait: Apparuisse hominibus Angelos in talibus corporibus, ut non solum videbantur, sed etiam tangi possent, verissima scriptura testatur. Non ergo tales apparitiones siebant solum secundum immutationem sensuum: cum Angelii in corporibus, in quibus apparebant, videri, et tangi possent.

Propter hoc est alius modus dicendi, quod Angelii habent corpora naturaliter sibi unita, qui bus non sunt subiecti, sed eis penitus dominantur. & quia omnino habent Dominum suorum corporum: possunt illa transformare, ut volunt, & apparere secundum illa corpora in tali, vel in tali specie: prout volunt. Et quia Aug. tardus assertio loquitur de Angelis: ideo sub dubio dimittit qualiter appearant Angelii. Vtrum cum corporibus proprijs transformati secundum suæ libertutæ voluntatis, vel in alio corpore, quod super induit. Inde est, quod 3. de Trinit. loquens de hoc ait: An Angelii, qui iam erant, ita mittebantur, ut ex persona Dei loquetur: assumentes corporalem speciem de creatura corporea: in usum ministerij sui. An ipsum corpus suum, cui non subduntur Angelii, sed subditum regunt, mutantes, atq;

A vertentes in species, quas vellent accommodatas, atque aptas actionibus suis. Sub & dubio ergo loquitur: Vtrum apparitiones Angelorum sint in corporibus aliunde assumptis, vel in corporibus proprijs versis, & transmutatis in species, quas volunt: prout requirunt opera, ad quæ mutantur. Et idem in eodem lib. & c. dicit excedere vires suas, qualiter tales apparitiones siant. Sic & in multis alijs locis secundum hunc modum loquitur de hac materia, hinc forte habuit ortum illa opinio, ut aliqui assererent apparitiones Angelorum fieri, non solum secundum immutationem sensuum, sed secundum propria corpora ipsorum Angelorum, in quibus apparent secundum quamcunque speciem volunt.

Sed nec hoc potest stare, quia ut supra ponebamus: nullæ substantiae intellectuales habent naturaliter corpora sibi unita, nisi sint sicut potentia pura in genere intelligibilium: cum ergo Angelii non sint sicut potentia pura, sed sicut intelligentiae plenæ formis intelligibilibus: nullam habent corpora naturaliter sibi coniuncta: immo cum Deus sit actus putus in genere intelligibilium, & substantia intellectualis coniuncta corpori, cuiusmodi est anima nostra, sit potentia pura in tali genere, quod fiat transitus ab actu puro in potentiam puram sine re media; nullo modo videtur congruum, quod ergo Deus, qui est actus putus in genere intelligibilium, fecerit substantiam intellectualis naturaliter coniunctam corpori, ut animam nostram, quæ est potentia pura in tali genere, & non fecerit substantias intellectuales medias, non videtur consonum rationi: substantiae autem intellectuales medias sunt, quæ nec sunt potentia pura, quia non sunt coniunctæ corpori, nec sunt actus purus, quia non sunt ab omni potentialitate immunes.

Non ergo Angelii corpora naturaliter sibi unita, in quibus apparere possint, vertendo ea in species sicut volunt, quia si Angelii haberent corpora naturaliter sibi unita, essent potentia pura in genere intelligibilium. Rursus dato, quod haberent corpora naturaliter sibi coniuncta: non possent ea vertere in species, quas vellent, ut possent sic diuersimodè apparere, ut iam vñ sunt apparete. Nam illorum corporum, vel essent Motores tantum, vel perfectiones, & formæ, si motores tantum non coniungeretur eis nisi per intellectum, & voluntatem, inquantum vellent illa mouere. Non ergo essent illa corpora eis naturaliter unita, sed ab eis voluntariè assumpta.

Sed si habent corpora naturaliter coniuncta, oportet, quod sint eorum animæ, & perfectiones, & formæ, sed cum organizatio corporis respiciat proptiam naturam animæ, quia & membra Leonis, & membra Cerui non differunt, nisi quia animæ differunt, si haberent Angelii corpora, sic sibi naturaliter unita, sicut non habent potentiam super naturam suam, ut possint eam vertere, ut volunt, sic non

Aegid. super ij. Sent. Kx haberent

* Idem in Ezech. c. 15. vbi se libi os sit difficultas quæ Angelis patres laetari possunt, & quod Jacob cù Angelis tam fiducia contra stationem leonis sit. Et addit ex homologo. Igenia exercitatio 15. iustitiae, mox disceptatio modera ta, & absit error opinatiū. Le leone cū discrimina, quod ne sciunt facie criminis. Sed f. Ecl. dogm. c. 12. ait omnia creatura est corporis. & addit. Ex eo autem credimus corpora esse intelligentias creaturas, quod locality circumbus, sicut & alia, quæ canes clauditur. Id autem fortasse in comparatione Dei dixit, & quo c. 1. locutus est quantum ad eius similitudinem. Vel excusavit se pedestalum do cum Hæretice. Autoritates sunt Sætorum impro prijs sunt exponendæ, non extendendæ. Ut ait Doc. d. 5. i. Gen. d. 3. q. 2. art. 1. ad 1. art. 1. Sed vide Concilium d. 8. q. 1. art. 1.

Membra Leonis, & Cerui differtunt, quia animæ differunt. I. de anima com. 52. 53. idem d. 1. q. 1. art. 1. & d. 32. q. 2. art. 2.

habetent potentiam super illa corpora, ut possent ea organizare, ut vellent. Dicere autem formam, quæ est perfectio corporis, non habere dependentiam ad illud corpus, & posse secundum voluntatem suam disponere de illo corpore, & organizare illud aliter, & aliter, sicut vult; est implicare opposita, & est dicere formam illam non esse perfectionem illius corporis. Potest, n. anima quantum ad aliquam colorationem operari aliqua in proprio corpore: sicut videmus, quod & verecundi in facie rubescunt, & timetess pallescent, & de & Camæleo dicitur, qd secundum varias affectiones diversimodè coloratur: sed, quod possit anima organizationem propriæ corporis mutare, ut quod unum animal possit in duere organizationem alterius animalis, cù hoc respiciat naturam ipsius animæ, est omnino ridiculum. Angeli ergo, vel Daemones non sunt animalia, nec habent corpora naturaliter sibi coniuncta, & si haberent, non possent secundum illa corpora nunc apparere in una specie corporali, nunc in alia, ut quod apparerent huiusmodi intellectuales substantiae in specie rotarum, vel in specie aquilarum, recta ratio non admittit.

Est itaque tertius modus communis, & bonus, quod non secundum apparentiam sensuum tantum, nec in proprijs corporibus, sed de corporali creatura, assumpta specie, formant sibi nunc hanc speciem, nunc illam, ut possint sic apparere, ut volunt. Sicut, n. idem artifex format sibi nunc domum triangularem, nunc quadrangularm, ut inhabitet talem domum, qualè vult, sic Angelus illius corporalis substantiae, in qua appetet, non existens forma, sed artifex, & & motor, secundum quod sibi placet; talem sibi speciem corporalem format, & in tali specie appetet, & nunc appetet in specie una, nunc in alia, sicut sibi placet, vel sicut sibi permititur. Nā fortè Daemones multoties in pulchriori specie appetentes, si eis permitteretur. Dicendum ergo Ang. qui videtur velle, quod Angelii habeant corpora, qui bus non subduntur, sed quæ subdita regunt, & transmutant, & vertunt, sicut volunt: referendum est non ad opinionem propriam, quia in tali materia non loquitur assertiuè, sed ad opinionem aliorum. Dicendum etiam dicentium, quod solum sunt tales apparitiones secundum immutationem tensuum, non secundum aliquam formationem corporalem extra, quia tunc non possent statim disparere, quia non posset illud corpus formatum statim dislocari, nullius est efficacia, quia potest talis formatio fieri de materia aerea aliqualiter inspissata: propter quod corpus sic formatum, propter nimiam passibilitatem aeris, ad nutum Angelii dislocetur, & apparebit, & disparebit.

RESP. A D A R G. Ad primum dicendum, quod Angelus secundum infima sua non habet unionem ad corpus tanquam perfectio, & forma, sed bene potest habere talem unionem tanquam motor. Nam Deus, qui est nobilis in fine nobilitatis tanquam operator, & motor est coniunctus

*Verecundi,
eis rubri,
& timetess
pallidi.

*Camæleo
eis sape va
rios mutet
coloris. Et
de hoc vid
Art. lib. 2.
de his. ani
ma. cap. 11.
vbi multa
de hoc can
mali inue
nios.

CONT. A
DICT. IO.
*Huic loco
videtur ad
uersari lo
c' alteridist.
eadem q. 1.
ac. 1. in Re
sol. Dub. .
ab initio ad
fin. sed di
cendū ē, &
ibi de An
gelus non
esse Motor
ijsa determin
natè natura
lister aliquo
rū corp. &
aliorū esse
non possit.
Doct. igitur
ibi tale ne
gar dete
minacionē
hic vero ab
solutè con
cedit.

A omnibus creaturis. Quando ergo dicitur, q. nisi Angelus haberet unionem ad corpus, non possit corpus assumere, verum est, nisi haberet unionem, tanquam motor, sed non oportet, quod habeat unionem tanquam forma, quia hoc modo est ab omni corpore absolutus.

Ad secundum dicendum, quod non est simile de spiritu separato, & de spiritu coniuncto, quia spiritus coniunctus unitur corpori per naturam suam, supra quam non habet potestiam: propter quod non potest ab huipsmodi corpore separari cum vult: sed spiritus separatus cum coiungitur corpori: coiungitur ei secundum voluntatem suam, & secundum Augustinum 1. de libe. arb. nihil est tam in potestate voluntatis, sicut est ipsa voluntas: spiritus ergo separatus, quia coiungitur corpori per voluntatem, quæ est omnino in potestate eius: potest ei coiungi, & separari, quādo vult: spiritus autem coniunctus, quia coiungitur corpori per naturam, quæ non est in potestate sua, non separatur, & coiungitur prout vult. Dicimus autem, quod homo non separatur, & coiungitur corpori, prout vult, quod intellegendum est, quantum est de se: potest tamen per diuinam iustitiam coiungi corpori, vel alligari etiam inuitus, sicut post diem iudicij oēs spiritus damnati alligabuntur igni inferni, & ē ibi ipsi inuiti tenebuntur, & nunc si aliqui eorum non sunt in inferno, sunt tamen in isto aere caliginoso, quibus quasi est pro carcere deputatus.

Ad tertium dicendum, quod Angelii non assument corpora, ut per ipsa iuuentur in suo opere, C sed ut appareant visibiles in illis corporibus, qui non possent in natura propria visibiles apparet. Non ergo est fructus talium corporū assumptio, cum debitum fortius effectum.

Ad quartum dicendum, q. ad assumptionem corporis, non sufficit motus: vnde non quæcumq; corpora mouent, dicuntur Angelii assumere: sed solum illa, quæ de novo formant, per quorū proprietates nos manuducunt in cognitionem proprietatum ipsorum Angelorum.

Ad quintum dicendum, quod sicut anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte, sic & Angelus quantum ad illum locum, in quo est per se, & primo est totus in toto, & totus in qualibet parte. Sicut ergo anima corpori, quod perficit, coiungitur per essentiam tota toti, & tota cuilibet parti: attamen, quia essentia non est sine virtute, intellectus, & voluntas, quæ fundantur in ipsa essentia: oportet, q. ex consequenti sint vbi cunque est ipsa essentia, sic & Angelus corpori, qd mouet p. se, & primo coiungit per virtutē totus toti, & totus cuilibet parti: attamen, q. a virtus nō est sine essentia, sicut virtus Angelii est tota in illo corpore, & tota in qualibet parte, sic & essentia, quæ nūquam suā virtutē deserit, est tota in toto, & tota in qualibet parte. Dicimus aut, q. Angelus in corpore, qd mouet p. se, & primo, est totus in toto, & totus i qualibet parte, q. a posset aliqd corpus

Angelus,
an sit totus
in qualibet
parte corpo
ris aliqd.

D cuilibet parti: attamen, quia essentia non est sine virtute, intellectus, & voluntas, quæ fundantur in ipsa essentia: oportet, q. ex consequenti sint vbi cunque est ipsa essentia, sic & Angelus corpori, qd mouet p. se, & primo coiungit per virtutē totus toti, & totus cuilibet parti: attamen, q. a virtus nō est sine essentia, sicut virtus Angelii est tota in illo corpore, & tota in qualibet parte, sic & essentia, quæ nūquam suā virtutē deserit, est tota in toto, & tota in qualibet parte. Dicimus aut, q. Angelus in corpore, qd mouet p. se, & primo, est totus in toto, & totus i qualibet parte, q. a posset aliqd corpus

A corporis mouere totū : mouendo solum aliquam partem per se , & primo , sicut aliquis cum manu attingeret aliquam partem astē per se , & primo , quia astē continua , moueret totā astam ; sic & Angelus diruendo fundamentum domus , posset diruere totam domum , non tamen t̄is est in domo rotā per se , & primo : in illa tamen parte , ubi per se , & primo operaretur , esset totus in rotā , & totus in qualibet parte . & quia omnino rationabile est , quod in corpore , quod format , quia non format nisi operatione sua , q̄ in toto sit per se , & primo . Vnde concedi potest , quod in illo corpore , in quo apparet est totus , & totus in qualibet parte per essentiam . Per virtutem autem sic est : prout essentiam concomitatur , & potissimum per virtutem , quae fundatur in ipsa essentia . Angelus autem econuerso est totus in toto , & totus in parte per suam virtutem , sed est sic per essentiam , prout talis essentia à sua virtute minime separatur .

Ad formam autem arguendi , cum deducitur , quod esset angelus in pluribus locis s̄tū : dici debet , quod totū corpus per se , & primo respondeat angelō , ut unus locus . In pluribus autem illius corporis aon̄ est angelus , nisi prout habent ordinem ad tam corpus : per se ergo loquendo propter talē apparitionem , vel propter motū , quem agit angelus in corporibus , non est in pluribus locis , sed in uno loco .

Resolutio Dub. I.

C *Angeli assumunt sibi corpora: non tamen naturaliter sibi vita, nec talia, vt esse videntur, cum n̄i forma remaneat.*

D id autem , quod quærebatur : Vitū corpora , in quibus apparet angelus sint verē corpora talia , dicendum est , quod non . Primo , quia non possunt talia vera corpora formare , ut si apparent , sicut multoties apparuerunt in specie hominis : nunquam possent verum corpus hominis formare , & si apparent in specie aquilæ : nunquam verum corpus aquilæ , formare possent . Secundò , quia dato , quod possent verē corpus tale formare , non diceretur illud corpus assumere , nec dicerent p̄priè in illo corpore apparet . Tertiò , quia secūdum huiusmodi corpus sic formatum , non ita congrēducent in admirationem , & stuporem . Cum enim Angelī aliqua corpora assumunt : ista tria se habent per ordinem , quia illa corpora primo formant . Secundò in illis formatis apparent . Tertiò ex illa apparitione , vel in principio , vel in fine , vel aliter : nos inducunt in admirationem , & stuporem : ideo statim cum apparent boni Angelii properū stuporem , & admirationem , quam inducunt nos confortant ne timeamus . Ideo Lucæ cum apparuit Angelus Domini Zacharie : R̄as à dextre altaris incensis , Zacharias turbatus est , & timor irruit super eum , quem confortans Ang-

lus ait : Ne times Zacharia . Et mulieres euntes ad monumentum : viderunt iuuenē sedentem in dextre cooperū stola candida , & obstupuerunt . Quidixit illis : Nolite expaescere . vt habetur Mathe . Et Angelus , qui concomitatus est filium Tobie : in principio non induxit Tobiam , & familiam suam in admirationem , sed in fine : quādō debuit ab ipsis recedere : Dixit pax vobis : nolite timere , &c . Discedens , ipsos in admirationem duxit , quia steterū prostrati in faciem petentes horas . Semper enim cum tales apparitiones factæ sunt , si crediti sunt esse Angeli , oportet , q̄ inde sit aliqua admiratio subsecuta .

Primo ergo corpora , quæ assumunt , non sunt verē talia , quia non possunt verē talia formare . Nam nihil possunt Angelī nisi adhibendo semina : nam id , quod faciunt Angelī in productione rerum : faciunt agricultorē in productione arborū , vt dicit Aug . 9 . super Gen . ad litteram , vel faciūt adhibendo semina , vt dicit August . 3 . de Trinit . Cum ergo aliquando , & vt plurimū appareat in specie hominis , non erit verum corpus hominis , in quo apparent , quia tale verum corpus forme non possent , cum non fiat homo nisi ab homine . Si enim vera esset positio dicentium , quod possit homo naturaliter fieri ex terra , & ex putrefactione : tale fortē corpus possent formare Angelī adhibendo semina , per quæ fieret putrefactio propria illi corpori . sed unus est modus cōmunicandi naturam in natura , & potissimum in natura animalium perfectorum , vt talia fieri non possint nisi à sibi simili in specie . Potest n . Deus facere unumquodque , & quæcumque vult , vt potuit facere hominera sine homine precedente . Sed per rationes semifinales , & adhibendo semina , nunquam fit homo nisi ab homine . Nō ergo sunt vera corpora , quæ assumunt Angelī , sicut apparent , quia non possunt talia corpora per se , & subiecto facere , nisi forte assumerē talia corpora , quæ per putrefactionem fierent .

Secundò dato , quod talia corpora possent facere , non dicentur talia corpora assumere , nec propriè in talibus corporibus apparet , quia nō est dare veram materiam ; nisi sit subdita verē forma . Si enim esset verum corpus humanum , in quo apparet Angelus , esset ibi vera anima humana , & esset verus homo . Nam materia non dicitur natura , nisi quia forma est natura . Verum ergo corpus humanum , quod pertinet ad natūram humanam tanquam materia ad natūram aliquam , verē participate non potest aliquid : nisi , quia verē est ibi aliquid tanquam forma , sed si in apparitione Angelī esset verus homo , in quo apparet : tunc organa illius hominis ducerent in cognitionem hominis illius propriè , cum esset ibi vera natura humana , & non in cognitione naturæ angelicæ : propter quod in tali corpore nō propriè dicetur Angelus apparet . Corpus ergo humanum , quod assumit Angelus , videtur esse tale corpus , sed non s̄t . & quia non est ibi vera natura humana non inducit in cognitione naturæ p̄ptiæ , sed alicuius altioris naturæ .

Angeli in humano corporis parentes, quo manifeste fecerunt Angelorum Hoc deo cum Angeli assumunt talia corpora, si volunt cognoscere, semper faciunt aliquid ultra humorum modum, ut ex hoc in cognitionem alterius naturae manuducant astantes: cum ergo intendant facere aliquid ultra humanum modum, non assumunt corpus humanum verum, par quod est aptum natum fieri solum, quod est secundum humanum modum, sed assumunt corpus proportionatum ad opera, quae volunt facere, quod licet videatur esse corpus hominis, vel cuiuscunq; alterius, quia non est propriè tale corpus, possunt per ipsum etiam faciliter & prout res exigit, agere ultra modum rei, cuius esse videtur.

.1. D. M. O.
OMO

Tertio corpus, quod assumunt, non est verè tale, quia non possunt per tale corpus sic in stuporem, & admirationem adducere, quia si esset verè tale corpus, non ita citè posset dissolui, quod faciendo, ut cum statim disparent, maximè in admirationem ducunt. Rursus: Si esset verè tale corpus, non haberet hī proprietates visitatas, vel quas posset pati illud corpus, quæ nō essent multum mirabiles, sed quia nō est propriè tale corpus, possunt ipsum variare sicut volunt, & possunt ei facere proprietates valde mirabiles, ut p̄ habeat aspectum sicut fulgur, vel quod habeat alas; licet nullum verum corpus humanū vñquā fuerit visum alatum.

R E S P. A D A R Q. O. Ad primum dicendum, q̄ non est ibi vera organizatio corporis humani, quia non sunt ibi verè oculi, nec verè aures, sed apparent tales. Sufficit, n. q̄ sic disponatur materia illa, corporalis, quod ibi talia organa apparent: Non oportet autem, quod sint verè talia. Si, n. essent vera humana organa reē, ibi vera humana complexio.

Angelorum apparitiones quo nō sunt falsæ
Vide Bel. d. 8. q. 2.

Arbores vel le cōstitue re Regem ex lib. iud. c. 3. quid sibi velit.

Ad secundum dicendum, q̄ Angelus est nūc veritatis, & in tali apparitione: non est falsitas, nec mendacium, nec deceptio. Nam tales apparitiones sunt similes locutionibus figuratis, quas non oportet esse veras quātum ad id, quod dicitur, sed sufficit, q̄ sit verè quantū ad id, propter quod dicitur, ut sicut sufficit in lib. Iudi. q̄ arbores voluerunt constituite super te Regem, nec tamen in hoc est falsa scriptura sacra, licet hoc non competit arboribus, sed hominibus. Nam ibi arbores figurant homines. Sic in proposito, si Angelus assumat speciem hominis, corpus illud assumptum non est propter indicandum Angelum: ideo non oportet, quod sit verè corpus humanum, & ducat in cognitionem propriatum hominis, sed sufficit, q̄ sit tale corpus, & quod habeat talem apparentiam, q̄ ex proprietatibus apparentibus sit aptum natum ducere in cognitionem proprietatum Angelii.

Ad tertium dicendum, quod verè proprietates hominis non sunt nisi in vero corpore humano, sed similitudines talium proprietatum esse possunt in eo, quod non est verè corpus humanum, sed appareat humanum, quod sufficit, ut cōmuniter ponitur, quātum ad finem intentum per cognitionem talium, ut possimus aliqualiter

A manuducti in cognitionem angelicam

Resolutio Dub. II.

Angelos in corporibus apparere congruum est, id quod natura angelica prestantia naturae corporis multiplicatione & nostris intellectus imbecillitate probatur.

Did autem, quod querebatur: Vtrā in eadem specie apparere possint, vel etiam sit congruum apparere superiores, & inferiores Angelos, dici potest, q̄ sic. Quod triplici via pot declarari. Primo ex excellētia naturae angelicæ. Secundo ex multiplicitate naturæ corporalis. Tertio ex imbecillitate intellectus nostri.

Prima via sic patet. Nam secundum Dion. r. de diu. nom. intelligibilia sunt incomprehensibilia corporibus, & simplicia sunt incomprehensibilia his, quæ sunt in compositione, & infigurata formatis secundum figuram corporum, & incorporalia, quæ sunt formæ intangibles, & infigurabiles sunt incomprehensibilia tangibilibus, & figurabilibus. Intelligentie ergo, quia non sunt figurabilia, nec sunt corporalia, sed sunt forme simplices, sunt incomprehensibiles ab istis corporalibus rebus. Ideo valde à remotis representantur per ista. Propria ergo, & perfecta representatio, non potest esse vna, & eadem diuersorum, & potissimum inequalium, sed valde incompleta, & exilis, non est inconueniens, q̄ sit vna, & eadem valde diuersorum, & inqualium, quia valde diuersa, & inqualia: in aliquo modo, & exili conuenire possunt.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex multiplicitate ipsorum corporum, & potissimum corporū, in quibus aliquando apparent angeli, quæ videotur habere diuersa organa, ut oculos, dentes, manus, & pedes, & aures, ut ratione oculorum, & dentium tale corpus magis representabit superiores Angelos, qui magis oculati sunt, quia acutius intelligunt, & dicuntur magis habere dentes, quia eorum est magis frangere species. Dicuntur enim Angelii secundum Dio. vlti, de Angelica Hierar., habete & dentes, quia dividunt species. Imaginabimur quidem, quod sunt dentes

Din Angelis superioribus respectu inferiorum sicut dentes in nutribus respectu puerorum. Sicut enim, quia pueri non possunt grossum bolū concerere, nutrices masticant ipsum, ut sic diuisus bolus minutatim sit proportionatus puer. sic quia Angelii superiores in uno conceptu intelligent multa, quæ sic vnitivè non possunt intelligere inferiores, dicuntur angeli habere dentes, dividendo conceptus illos, & proponendo sub pluribus conceptibus angelis inferioribus, quæ ipsi uno conceptu capiunt. Aures autem, & manus, & pedes magis signant angelos inferiores. Nam per aures instruimur ab alijs, sic &

*Dentes in Angelis pō
nendi pulchrum ex
plum.

& inferiores angelii per superiorum instruuntur: Per manus autem operamur, & ministeria exerceamus: sic & inferiores sunt in ministerium missi. Pedes autem sunt inferior pars corporis, sic & Angelii inferiores secundum dignitatem naturae, sunt infra superiorum. Possent autem & aliter forte istae adaptationes fieri, sed de hoc non sit nobis cura: sufficient autem ad praesens scire, quod aliqua multiplicitas est in corporibus assumptis ab Angelis: ratione cuius corpora assumpta secundum eandem speciem, reputa secundum formam humanam, poterunt secundum unum modum magis representare inferiores, & secundum aliud superiorum, ut in eadem forma etiam congrue apparet valeant hi, & illi.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex imbecillitate intellectus nostri, quia valde modicum est, quod de Angelis scire possumus. Logice n. excellentiori modo sunt ibi perfectiones, quam possumus capere, & quia, ut dicebatur, non est inconveniens in aliquo modo, & in aliquo exili quantumcumque superiora cum inferioribus conuenire: Ideo secundum hunc exilium modum esse poterit eadem representatio virorumque. Vel possumus dicere, quod imbecillitas intellectus nostri facit, ut de leui incidamus in errorem: ideo etiam excellentiores res, ut puta superiorum Angelii, & ipse Deus, congruentius figurantur per viliores, ut si figuraremus Deum per Solem: forte ad litteram crederemus solem esse Deum. sed cum per ista inferiora figuramus Deum, non ita decipi possumus, ut credamus ista habere aliquid numinis, & esse Deos. Sic si per corpora superiora representarentur superiorum Angelii, & per inferiores possemus forte de leui decipi, ut credemus superiorum Angelos esse animalia, & habere corpora celestia: inferiores etiam esse animalia, sed habere terrestria. at quando per res inferiores representantur intelligentiae superiorum, non ita decipiuntur, ut credamus ipsos naturaliter habere talia, sed magis huiusmodi corporalia transcedentes, ut possimus aliqua de ipsis intelligentiis cognoscere. In eisdem ergo corporibus formatis de hac inferiori substantia congrue apparere poterunt Angelii superiorum, & inferiores: inferiores quidem poterunt congrue sic apparere ratione naturae suae, quia habent naturam inferiori alijs: superiorum autem ratione deceptionis nos strae cauenda, ut ideo etiam in corporibus secundum eandem speciem de hac inferiori substantia formari apparent, sicut inferiores, ne decipiatur, ut si apparerent inferiores secundum inferiora corpora, & superiorum secundum superiora, crederemus ipsos naturaliter talia corpora habere coniuncta.

R B S P. A D A R C. Ad primum dicendum, quod que non sunt ordinata secundum unum modum ordinis: sunt ordinata secundum aliud modum. ut licet esset aliquis motus ordinis, si sicut Angelii sunt superiorum, & inferiores. sic apparetur in superioribus, & inferioribus corporibus, tamen propter aliud modum ordinis, que

A descripsimus, & propter plures stationes, quas testigimus, possunt in eadem specie appareat superiores, & inferiores.

Ad secundum dicendum, quod una, & eadem res habet diuersas proprietates, ratione quarum potest representare superiorum, & inferiores Angelos, licet non sint eodem proprietates horum, & illorum, ut etiam Dio. satis innuit in ult. c. de Angelica Hierarchia.

ARTIC. III.

An corpora ab Angelis assumpta, celestia dici possint. Conclusionis est negativa.

D. Bon. d. 8. art. q. 2. Ric. d. 8. q. 1. Biel. d. 8. q. 1. Alb. Mag. de motu, & locutione Ang. q. 9. art. 11. Borbel. d. 8. q. 1. Capr. d. 8. q. 1.



D tertium sic proceditur: Quae ritur enim, unde angelii assummat talia corpora. Et videtur, quod ea assummat de celesti materia. Nam Dio. 2. de Angelica Hierat. Non nos multis eodem modo, immude existimemus, celestes, & deiformes animos, multipedes esse, & multorum vulnerum: & ad boum pecudalitatem, aut leonum bestiale imaginationem formatos. Videtur ergo, quod cum sit immunditia, illas celestes mentes tales existimare non debeant in talibus corporibus formatis de hac inferiori substantia apparere, sed si apparebunt, hoc erit in corporibus formatis de illo supercelesti corpore.

Præterea secundum Philosophum, finis impunit necessitatem his, quae sunt ad figuram. sed angelus assumit corpus ad suipius ostensionem: cu ergo ipsi sint lumina clara, debent assumere corpus de natura lucis, sed huiusmodi natura potissimum est natura celestis: ergo, &c.

Præterea si assumerent corpus de hac natura elementari, vel atssumerent de natura graui, tunc difficulter tenderet sursum: vel de natura leui, & tunc cum violentia descendenter deorsum: impediretur ergo in operationibus suis, si de natura elementari corpus assumerent. sed præter naturam elementarem non est dare nisi naturam celestem, quae dicitur quinta essentia, quasi separata a naturis quatuor elementorum. Illa enim nec est grauis, neque leuis. Propter quod, ut videtur, non impediret operationem angelii: neque secundum motum sursum, neque secundum deorsum.

IN CONTRARIUM est, quia si de natura celesti assumerent corpus, vel hoc esset de illa, quae nunc est, & tunc scinderetur orbis:

Aegid. super ij. Sent. Kx 3 quod

Art. 3. Ekk.
cap. 11.

Celum cur
dicat quia
ta essentia.

quod est inconveniens, vel hoc esset de tali materia nouo creare, & tunc semper fieret miraculum, quod Angelus corpus assumere, quia creaturum aliquid de novo.

Dub. I. Lateralis.

An corpora ab Angelis assumpta, ignea dici possint. Conclusio est negativa.

D.Bon.a.8. ar.2. q.2. Ric. d.8. q.3. Biel.d.8.q.1.

LT E R I V S autem potest queri: Vtrum huiusmodi corpus assumant de igne. Et videtur, quod sic, quia Dio. vlti. c. de Angelis Hierar. Innuuit, quod ignis maximum representat proprietates spiritualium substantiarum: sed tale corpus decet angelos assumere, quod maxime representet eorum proprietates: ergo, &c.

Præterea: infra corpus celeste nullum est corpus subtilius igne: cum ergo Angelus habeat subtilem, & simplicem naturam, si non assumunt corpus de celo: potissimum decet eos assumere de igne.

Præterea: ignis est levissimum corporum, sed decet Angelos tale corpus assumere, quod levissime moueri possit, ne in eorum operationibus impedianter.

IN CONTRARIUM est, quia secundum Ang. 15. de Ciu. Dei. Scriptura testatur Angelos apparuisse hominibus in corporibus, in quibus non solum videri, sed etiam tangi possent. at si habuissent corpus de igne, tangentes eos comburisset, & lessisset: ergo, &c.

Dub. II. Lateralis.

An corpora ab Angelis assumpta, aerea dici possint. Conclusio est affirmativa.

Alex. de Aleph. 1. q. 34. Barth. Syb. 3. Dec. cap. 2. q. 5. & alij supra citati.

LT E R I V S autem queri potest: Vtrum huiusmodi corpus assumant de aere. Et videtur, quod non, quia aer est male terminabilis termino proprio: non ergo possent ex tali corpore formari organa. ut apparet Angelus in specie huius, vel alterius animalis.

Præterea: aer de se non est sic visibilis, quod sit

Quest. I.

A determinatum visus, sed est medium, per quod videmus: at corpus, in quo apparent Angelii, habet determinare visum nostrum. Aliter enim non accidet in tali corpore apparere: ergo, &c.

Præterea, ut patuit per Aug. Angelii in corporibus, in quibus apparetunt, non solum videri, sed etiam tangi possent, sed etiam non est sic tangibilis, quod resistat tactui, sicut corpora assumpta ab Angelis tactui resistebant: ergo, &c.

IN CONTRARIUM est Isid. lib. 1. de summo bono. cap. 10. qui ait, quod Angelii corpora, in quibus hominibus apparent, de superno aere sumunt.

Dub. III. Lateralis.

An corpora ab Angelis assumpta, terrea dici possint. Conclusio est negativa.

Vide Doct. supra citatos in iisdem locis.



LT E R I V S autem queri potest: Vtrum de terra, vel aqua, quae sunt elementa grossa, tale corpus sumi possit. Et videtur, quod sic, quia ista sunt elementa grossa, quae & videri, & tangi possunt, sed talia corpora assumunt Angelii: ergo, &c.

Præterea, vel sumunt corpus simplex, vel mixtum: si simplex, tunc si esset ignis, vel aer, vel aqua, non esset terminabilis termino proprio. Si autem esset terra, cum terra pura sit puluis, non haberet corpus illud continuationem: ergo est corpus mixtum, sed in omni mixto dominantur elementa grauia, ut aqua, sive terra: ergo, &c.

IN CONTRARIUM est, quia si corpus, quod assumit Angelus esset formatum de elementis grauibus, vel esset corpus mixtum, in quo dominarentur elementa grauia; non sic subito disperareret, sicut compertum est, quod statim disperant Angelii in corpore assumpto, cum volunt.

D Refolutio Art. III.

Angelorum corpora assumpta, celestia dici non debent, secundum rei veritatem, sed tantum similitudine quadam, cum celeste corpus, quantum ad substantiam, quantitatem, qualitatemque peregrinans non suscipiat impressiones.

ES P O N D E O ad questionem pri- mam dicendum, quod Angelii corpo- ra, quae assumunt, non assumunt de celo secundum veritatem: posset tamen dici rite corpus de celo secundum quandam similitudinem, vel in quandam appropriationem.

Quod

*Celum quo-
ad substantiam
quantitatē,
& qualitatē
peregrinas
impre-
ssiones non su-
scipit.*

Job 27.

Quod autem tale corpus non sit assumptum de celo, potest tripliciter declarari, secundum, q̄ cēlum quantum ad præsens spectat, tripliciter non sumit peregrinas impressiones. Primo quidem, quantum ad substantiam, ut cēlum dicatur hoc modo non suscipere peregrinas impressiones, q̄ nō potest inde via naturæ corpus aliud generari. Secundo non suscipit hīmōi impressiones quantum ad suam quantitatē, quia non potest scindi, vel diuidi. Ideo dicitur Job: Tu forsitan fabricatus es cēlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Tertio non suscipit cēlum peregrinas impressiones quantum ad qualitatē, q̄ possit rarefieri, vel condensari, ultra, vel citra id, quod est, ut loquatur eo modo, quo Philosophus loquitur in de cēlo, & muodo, q̄ stella est spissior pars sui orbis. Dicimus, & vitra spissitudinem, quam habet in quadam parte, vel etiam citra, non potest via naturæ peregrinam impressionem recipere. Sed si de cēlo assumeret corpus suum Angelus, omnia ista tria inconuenientia lequerentur.

*Celum cō-
stituit quin-
tamele-
ntia.*

**Celum est
quinta esse
ta.*

Primo quia illud corpus reciperet peregrinā impressionem quantum ad substantiam, quia formaretur inde aliud corpus. Quia si diceretur, q̄ manens sub forma cēli quantum ad substantiam, fieret ibi figura, vel fierent ibi linea menta, in quibus apparet Angelus, sicut manente eadem substantia, & natura ceræ, possunt varia linea menta induci in cera. Sed contra sic respondentes dicemus, q̄ cēlum ex suo situ, & ex suo motu argui tur esse de quinta essentia: ut ideo quintam essentiam constituit, quia est situatum extra totā sphēram acti uorum, & passiuorum, vbi sunt quatuor essentiæ, idest quatuor elementa, vel constituta ex quatuor elementis. Et quia ad nullam dictarum quatuor essentiārum, sive dictōrum quatuor elementorum pertinet essentia cēli. Ideo dicta est q̄ essentia quinta. Hoc autem arguitur, non solum ex suo situ, sed et ex suo motu, ut quia duo elemēta mouentur a medio, ignis, & aer: & duo ad medium, ut aqua, & terra, cēlum, quod non mouetur à medio, nec ad medium, sed circa medium, non dicitur pertinere ad aliquam dictarum quatuor essentiārum, vel ad aliquid dictōrum quatuor elementorum, dicitur quintam essentiam cōstituere. Si ergo ex suo situ, & suo motu concludimus, qualis sit cēli substantia, & natura, quia dicimus ipsum ad quintam essentiam pertinere, si posset cēlum, vel aliqua pars eius quantum ad situm, vel quantum ad suum motū situari in sphēra acti uorum, vel passiuorum, vbi situantur elemēta, vel posset moueri motu recto, sicut mouētur elemēta, consequens esset, quod in sua substantia peregrinā impressionem recipet, quia nihil via naturæ situari potest in sphēra elemētorum, vel moueri motu, quo mouentur elemēta, nisi pertineat ad elemētorum naturam. Angeli ergo, quia in sphēra acti uorum, & passiuorum etiam in loco, vbi erant homines in assumptis corporibus apparuerunt hominibus: si illa corpora assumpsissent de cēlo, suscepisset cēlum impressionem peregrinam quantum ad substantiam.

A Secundus: si hoc fuisset, suscepisset cēlum peregrinā impressionem quantum ad quantitatē. Nam non potuissest de toto cēlo formati corpus assumptum, quia tota sphēra acti uorum, & passiuorum non fuisset sufficiens capere tantum corpus. Fuisset ergo formatum huiusmodi corpus de aliqua parte cēli, quod non potuissest fieri, nisi aliqua pars cēli fuisset absissa, & diuisa à suo toto. Igitur ratione illius divisionis suscepisset cēlum peregrinas impressiones quantum ad quantitatē.

B Tertio: si de cēlo Angelii assumerent corpus, patetur cēlum peregrinam impressionem, non solum quantum ad substantiam, quia opotteret partem illam cēli, de qua formaretur tale corpus, constitui intra elementa, & per consequens pertinere ad naturam elementorum: nec etiam solum patetur tales impressionem quantum ad quantitatē, quia aliqua pars cēli secundum diuisiōnem quantitatū abscinderetur à suo toto, sed etiam patetur peregrinam impressionem quantum ad qualitatē, quia illa pars cēli, de qua formaretur tale corpus, rarefieret, & insipiatetur, secundū q̄ requireret corpus formatū. immo si aliqua pars cēli abscinderetur à cēlo, ne remaneret vacuum: oportet cēlum rarefieri, & suscipere peregrinas impressiones quantum ad qualitatē: ideo non secundum veritatem assumunt Angelii corpora de cēlo. Et ut elatius appareat, quod dicitur, dicemus cum Aug. 3. de Trin. q̄ tota corporalis substantia regitur per spiritualem. Propter quod secundum eundē lib. eo. c. 1. o. **Villæ appari-*

tiones factæ antiquis patribus, quæ fuerunt appa-
tiones Angelorum, ministerio Angelorum factæ
fuerunt, propter quod corpora illa, in quibus ap-
parescant Angelii, ministerio Angelorum forma-
ta fuerunt. Et quia in formatione corporum non
possunt Angeli, nisi quod natura pōt, quia quic-
quid faciunt, ut dicit Aug. 3. de Trin. faciunt ad-
hibendo semina, si via naturæ corpus cēlestē, nec
quantum ad substantiam, q̄ possit inde aliud ge-
nerari, nec quantum ad qualitatē, q̄ possit fein-
di vel diuidi, nec quantum ad qualitatē, q̄ possit rarefieri, vel condensari, peregrinam impres-
sionē suscipere potest. corpora assumpta ab An-
gelo, quia ministerio Angelorum sunt formata,
de cēlo assumpta esse non possunt, cū Angelii non
possint aliquid formare, nisi via naturæ, & adhibē-
do semina. Quod si diceretur, corpora illa assumpta
facta esse de materia cēli: nō cēli, qđ est nunc,
sed de materia tali de nouo creata, patet quod cū
creare non competit Angelis, si ministerio Ange-
lorum talia fiunt, ut Sancti credūt, & vt congruū
est ponere, quod nec de materia cēli, qđ nunc
est, nec de tali materia de nouo creata, poterunt
huiusmodi corpora esse assumpta.

D Aduertendum tamen, quod licet de materia cēli secundum veritatem non possint talia corpo-
ra formari, tamen secundum quandam similitudinem, vel secundum quandam appropriationē possunt dici de cēlo formatā. Primo ratione ipsius aeris secundum se. Secundo ratio partis aeris

Tomo 1.
Cap. 4.

* Angelorū
apparitiō-
nes factæ
antiquis pa-
tribus.

Tomo 2.
Cap. 7.

de qua, ut apparebit, talia corpora formantur.

Tertio ratione ipsorum Angelorum formantium. Ratione aeris quidem, quia & ipse aer in sacra pagina celum nuncupatur. Vnde & in Euāgeliō dicūtur volucres celi, quia sunt in celo aereo.

Secundo hoc idem patet quantum ad partem illam aeris, de qua formantur talia corpora, quia secundum Isido, de superno aere Angeli sua corpora assumunt. ut aer iste inferior dicatur quasi terrestris, ille aut superior, quasi cœlestis. Volunt autem quidam, & dicunt hoc sensisse Isido, quod Angelii boni assumunt corpora de aere superiore, mali autem de inferiori. Sed siue Isido, intelligat de omnibus Angelis, siue de bonis tantum, quod assumunt corpora de superiori aere, quia aer superior potest dici cœlestis, dicūtur corpora de celo assumere. Vnde & idem Isid. Primo de summo bono. c. 10. Cū prius dixisset, quod Angelii de superno aere corpora assumunt, postea subdit, quod solidam speciem ex cœlesti elemento inducunt, idem appellans supernum aerem, & cœlesti elementum.

Tertio hoc idem patet ex parte ipsorum Angelorum, qui dicuntur cœlestes mentes. Nam sicut corpora, que vniūntur animabus, dicuntur animata, sic qua vniūntur cœlestibus mentibus aliquo modo possunt dici cœlestia. Possunt enim denominari corpora ab his, quibus vniūntur, siue vniāntur eis, ut perfectibilia suis perfectionibus, prout corpora animata vniūntur animabus, siue vniāntur eis, ut mobilia suis motoribus, sicut corpora assumpta ab Angelis vniūntur Angelis. Immo quia talia corpora non sunt solum mota ab Angelis, sed sunt assumpta eis, & operationes angelicæ resplendent in ipsis. propter quod quilibet dicere ea esse corpora angelica, non quia sint eis naturaliter vniata, sed quia sunt ab eis voluntariae assumpta, igitur si talia corpora, quia sunt assumpta ab Angelis, possunt dici Angelii, cum & ipsi Angelii sint quedam cœlestes mentes, poterunt secundum hunc modum vocari cœlestia.

RESP. AD ARG. ARTIC. III.

AD primum dicendum, quod verba illa Dionysius dicit, ppter animales homines, non valentes trascendere sensum, & imaginationem, quibus si Angelis sic visibles apparerent, crederent ipsos tales secundum suā naturam esse. Animales enim homines, quæ animalitatis sunt cogitantes crederent Angelos talia animalia esse secundum formam, in qua sibi apparerent, quod immundum, & bestiale esset cogitare. Nos ergo non debemus hoc existimare de Angelis, sed ex formis visibilibus, in quibus apparent, ad eorum inuisibilis proprietates debemus quantum possumus manuduci. Immundū est itaque cogitare Angelos esse talia animalia, undeconque essent illa corpora assumpta. Dato etiā fieri posset, quod essent cœlestia.

Ad secundum dicendum, & Angelus alium sit corpus non solum, ut ostendat, sed propter mi-

Quæst. I.

Anisterium aliquod, quod vult agere in tali corpore, ad quod ministerium agendum magis est apta natura elementaris, quæ suscipere potest peregrinas impressiones, & quæ potest moueri motu recto, & non recto, quam natura cœlestis, quæ solum est apta nata moueri motu circulari. Vel possemus dicere, quod congruentius est ad remouendū errores, quod Angelii assumant corpora de natura vili, i.e. de elementari, quam de natura tam nobili, i.e. de cœlesti, dato, quod esset possibile, quod possent de cœlesti subtilitaria corpus assumere. quia si assument talia corpora de celo, ducetur forte in errorē, ut crederemus illa corpora esse eis naturaliter coniuncta, in quem errorem non sic ducimur, si de vili materia corpus assumant.

B Ad tertium dicendum, quod aer est valde habilis ad motum, ideo dicitur esse cum leuibus leuis, & cum gravibus gravis, quia siue fiat impulsus sursum, siue deorsum, leuiter mouetur in omnē partem, ut ex hoc faciliter consequatur opus intentū in huismodi assumpto corpore.

Aer eur leuis cum leuibus, & gravis cum gravibus.

Resolutio Dub. I.

Angelorum corpora assumpta ignea haudquaquam dici queunt, cum ignis sit nimis actiuus, nimis purus, nimisq; rarus, terminantur tamen aliquo modo ad ignem, ratione lucis.

C  Id autem, quod quærebatur: Virū huiusmodi corpora assumptā de igne, quasi respondere possumus, sicut respōdēbamus ad quæstionem primā, quod secundum veritatem corpus assumptum ab Angelo non est simpliciter de igne: secundum tamen quandam similitudinem, & secundū quandam appropriationem potest dici de igne. vel possumus dicere, & melius, quod corpus assumptum ab Angelo, nō est sic immune à natura ignea, sicut est immune a natura cœlesti, ideo in tali corpore distinguemus, ut ēt communiter distinguunt, assumptionis principium, & etiam terminum. Nam principium assumptionis quidem est aer, quia ex aere formant sibi illud corpus: terminus tamen assumptionis potest esse, & est quodammodo ignis. Nam per adhibitionem seminū, vel qualitercunq; aliter, aliquo modo faciūt Angelii, quod corpus tale assumptum aliquo modo participet naturam ignis. Nam cum lux elementaris sit hypostasis, & substantia coloris, & quia lux potissimum reperitur in igne, ideo ad dandum illi corpori colorem fulgidum, & pulchrū, oportet, quod corpus illud sapiat de natura ignis. Et leuiter potest fieri, quia poterant ibi aliquid de igne miscere, cum natura corporalis eis obediatur ad nutum, vel poterit hoc sine mistione fieri, cū per adhibitionem seminū, & ex coniunctione actiūorum, & passiūorum, ex quolibet elemento possit generari quodlibet. Nec propter hoc illud corpus comburēt, cum & omnia corpora mixta aliquid

D Angelii, quod corpus tale assumptum aliquo modo participet naturam ignis. Nam cum lux elementaris sit hypostasis, & substantia coloris, & quia lux potissimum reperitur in igne, ideo ad dandum illi corpori colorem fulgidum, & pulchrū, oportet, quod corpus illud sapiat de natura ignis. Et leuiter potest fieri, quia poterant ibi aliquid de igne miscere, cum natura corporalis eis obediatur ad nutum, vel poterit hoc sine mistione fieri, cū per adhibitionem seminū, & ex coniunctione actiūorum, & passiūorum, ex quolibet elemento possit generari quodlibet. Nec propter hoc illud corpus comburēt, cum & omnia corpora mixta aliquid

Aliquid sapient de natura ignis, nec propter hoc comburunt, quia non est ibi ignis secundum propriam formam, sed secundum saluationem virtutis, iuxta illud Philosophi in definitione in causa mixtione. Miscibilia sunt in mixto secundum virtutem, quia saluator virtus eorum, nec etiam saluat ibi veritas ignis in tanta excellentia, quod comburat. Talia itaque corpora sunt ex aere, non ex igne: licet aliquid possint participare de natura ignis: ut ex hoc secundum quandam adaptationem, vel similitudinem, ignea dici possent. Quare autem non dicantur corpora sumpta ab Angelo esse mixta, cum aliquid sapere possint de natura ignis, & etiam de natura aliorum elementorum, in solutione cuiusdam argumenti quartae questionis dicetur, vbi haec difficultas specialiter tangitur.

Ad præsens autem scire sufficiat, quod huiusmodi corpora non sunt simpliciter de igne, quod tripliciter declarari potest, secundum tria, quæ videamus in igne. Nam tale corpus est nimis actiuum, nimis rarum, & nimis purum, quorum unum sequitur ex alto. Nam quia est nimis actiuum, oportet, quod secundum suam naturam, & secundum propriam materiam sit nimis rarum, quia quanto plus haberet de materia, minus haberet de formalitate: quanto minus de forma, tanto minus haberet de actiuitate. Leo ignis quæ est formalior, & actiuerior alijs elementis per se, & in materia propria est rarius, ex hoc etiæ est purior, quia propter sui actiuitatem non patitur admixtionem contrariam. Hæc autem tria repugnat corporibus, in quibus apparent Angeli. Nam illa corpora appetent sine lassione, apparent visibilia, & etiæ præbent se aliquando palpabilia. Ut ergo possint appetere sine lassione, oportet, quod non sit ignea, nec multum actiua, quia tunc leviter, & comburerent, quæ essent circa ipsa, quia secundo apparent, visibilia, oportet, quod non sint assumpta de nimis raro, quia non posset leviter inspissari, & appetere visibile, quia tertio aliquando exhibent se palpabilia: oportet, quod non sint de elemento nimis puro, quod non patiatur admixtionem grossorum elementorum, unde possit præbere se palpabile. Simpliciter ergo, & quantum ad suum principium, non sunt talia corpora de igne. Sed quod huiusmodi assumptione facta de aere aliquo modo terminetur ad naturam ignis, & quod ibi aliqua fiat participatio talis naturæ, & quod illud corp^o possit etiæ dici igneū, tripliciter possumus declarare, secundum tria, quæ sunt in igne, respondentia tribus, quæ sunt in Angelo. Sunt enim in igne substantia, lux, etiæ calor. Nam quamvis non luceat ignis in sphæra sua propter suam nimiam raritatem, est tamen ignis de natura lucis. Sic etiam tria sunt in Angelo, substantia, intellectus, & voluntas. Substantia quidem Angelii, rectè figuratur per substantiam ignis. Nam si ignis in sphæra sua non est visibilis, sed appetet visibilis in effectu, ut cum aliqui vapores eleuantur a terra, & comburuntur ab igne, statim appetent, & videntur esse quædam cadentes stellæ, sic, & terque.

Ignis est in sua sphæra non lucet, nec calidet, id vero videtur diffusus. Quo^ls. q. 17. & supradic.^q art.

Stellæ cadentes.

Angeli secundum se non sunt visibiles, sed pos-

*Ad lib. 3.
Cap. 7.
3. summ.
T. 14.*

A sunt facere effectus visibiles, ipsum ergo elementum ignis secundum se inuisibile, in effectu autem visibile representat ipsum Angelum secundum se. Lux autem ignea representat Angelum quantum ad intellectum, vbi multum est de intelligendi luce. Calor autem ignis representat Angelum, & potissime Angelum bonum, quantum ad affectum, secundum quem totus ardet charitate, unde & Dio. vlti. de Angel. Hierar. multū talibus adaptationibus insistit. Et quia ignis representat Angelum, dignum est, quod corpus assumptum ab Angelo aliquo modo terminetur, ut sapiat de natura ignis, ut ibi calor pulcher, & fulgidus appareat, ratione cuius aliquid cognoscatur participare de natura ignis, per quem ignem potissimum representantur spirituales substantiae.

R E S P. A D A R G. D V B. I.



D primum dicendum, quod per ignem, potissimum representantur spirituales substantiae, sed non oportet propter hoc, quod corpus assumptum ab Angelo quatum ad suum principium sit de igne, sed sufficit, quod aliqualiter terminetur ad id, quod aliquid sapiat de natura ignis, ut & hoc modo conuenienter representet illam spiritualē substantiam, ut est per habita manifestum.

C Ad secundum dicendum, quod Angeli debet assumere tale corpus, quod sit conueniens ad excellendū suū ministeriū, huiusmodi autem non est corpus ignis, quod est sic subtile, tum quia, ut diximus est nimis actiuus, & leviter astantes: tum quia est nimis rarus, & non posset leviter inspissari, & fieri inuisibilis, tum quia est nimis purus, & non patiatur admixtionem aliorum, ut posset aliqualiter indurari, & fieri palpabilis.

Ad tertium dicendum, quod quamvis ignis sit levissimum corporum, & ex hoc magis sit quid habile ad motum sursum, tamen ad omnem motū, & ad omnem differentiam positionis, non est sic habilis sicut aer.

Resolutio Dub. II.

Angelorum corpora ex aere assumpta sunt. Id quod ex loco ipso, ex ipsa formationis vicinitate, ex j^e, depositionis patet facilitate.



D id autem, quod quærebatur: Vtrum de aere assumerent huiusmodi corpus; Dici potest, quod, ut patet per Isido. lib. 1. de summo bono ca. 10. Angelii corpora, in quibus apparent hominibus, de superiori aere sumunt. Ad quod ponendum triplex ratio adduci potest, ut una sumatur ex ipso loco, in quo apparent, alia ex facilitate formationis, tertia ex facilitate depositionis.

Angelorum corpora cur aerea: ex tribus rationibus.

Prima via sic patet. Nam cum in aere siant, ut plurimum, tales apparitiones, dignum est, quod ex ipso aere huiusmodi corpora assument, ut & locatum

A locatum sit competens loco. Nam si corpus assumptum esset terrestre, & gravis, non esset sic agile, ut moueretur per zereia, & vi per assumptionem illius corporis impleretur ministerium, propter quod est assumptum.

Secundo hoc patet ex facilitate formationis. Nam ac cito potest subtiliari, & fieri ignis, cito ingrossari, & fieri aqua, ut ex hoc facilitatem habeant ad omnem formationem.

Tertio hoc idem patet ex facilitate depositio-
nis, quia ac sic possibilis, quod sicut cito po-
test inde formari corpus, sic cito potest dissolui.
Conueniens est enim talia debere esse corpora, in
quibus apparet Angelus, quia competitum est, q[uod] statim apparent, & subito disparat propter quod
competens est, q[uod] talia corpora de tali materia as-
sumuntur, quae sit habilis, ut cito dissoluatur, &
ut quæcumque impressio ibi recipiatur de facilis,
huiusmodi autem inter elementa pouissime est ma-
teria aeris.

R E S P. A B A R G. D V B. I I.

Ad primum dicendum, quod cum dice-
mus corpus assumptum ab Angelo fieri de aere, intelligendum est quantum
ad matrem partem, vel quantum ad
principium factonis. Non autem quantum ad
aliquas partes immixtas, vel quantum ad factio-
nis terminum. Non enim est inconveniens, q[uod] in
illa parte aenis, unde formatur tale corpus, fiat im-
mixtio aliquorum grossorum vaporum, ratione
cuius, illud corpus sit aliquo modo ipsum, ut p-
talem immixtionem illud corpus assumptum pos-
sit terminari termino proprio, & etiam possit ap-
parere, quid visibile, & fieri etiam quid palpabile.
Propter quod patet etiam solutio ad secundum,
& tertium, Principium itaque factonis corporis
assumpti est ex aere, terminatur tamen forma-
tio talis corporis ad immixtionem aliquorum
aliorum elementorum simul cum aere.

Resolutio Dub. III.

Materia corporum, que ab Angelis assumuntur,
quantum ad aliquam partem, ex grosso elemento,
cuiusmodi est terra, esse non potest. Idque celeri-
tatis, formationis, agilitatis, depositionisq[ue] ratio-
ne fit clarum e terminatur tamen aliqua ex parte
ad grossiem quandam aerei corporis, grossis qui-
busdam vaporibus mixta, ut visibile, & coloratu-
corpus appareat. Ut autem, quod est difficilis,
palpabile fiat, tactuque resistat, id ad nutum Ange-
li fieri (sicut ad ipsius nutum mouetur, & stat)
affirmamus.

A id autem, quod querebatur: Vtrum
de grossis elementis fiat talis assum-
ptum, dici debet, quod corpus assum-
ptum quantum ad aliquam partem,
esse de grossis elementis non est in-
conveniens, ut potest patere per habita, propter

Quæst. I.

A trix, quæ debent habere huiusmodi corpora as-
sumpta. Debet in eis esse celeritas motionis, ut
possint celeriter moueri, ad velocius comple-
dum ministerium, propter quod assumuntur.

Secundo debet esse in eis facilitas formationis,
ut de facili formari possint talia corpora. Nam
cum ideo assumant ea propter ministerium ali-
quod implendum, nisi possint talia corpora faci-
liter formari, non posset tale ministerium facili-
ter impleri.

Tertio debet in illis corporibus esse agilitas
depositionis, ut corpus assumptum agiliter possit
deponi, agiliter dissolui, & agiliter dispergere. Vn
& in littera dicitur, quod assumunt Angelis corpo-
ra ad impletionem ministerij sui sibi a Deo iniun-
cti, & eadem corpora post expletionem depo-
nunt. immo compertum est, quod completos
ministerio dispergant, quia ut legitur Thob. cum ^{Thob. 12.}
dixisset Angelus, qui associaverat filium Tho-
bie, quod tempus erat, ut reueneret ad eum, q[uod]
ipsum miserat, ab eoru[m] aspectu ablatus est, & vi-
tra eum videre non potuerunt. Et quia elemen-
ta terrestria, & grossa non sunt agilis motionis
nec sunt facilia ad formationem, nec facilia ad
dissolutionem, ideo non sunt competentia, ut
assumantur ab Angelis, ita, quod corpora assum-
pta de tali grossa materia sint formata, & inde
sumant principium suæ formationis.

Attamen, ut diximus, aliquo modo termina-
tur talis formatio admixtionem talium vaporum
grossorum, ut ex hoc corpus, aereum sun. ptum
fit visibile, & etiam possit esse palpabile. Sed
de visibilitate nullum est dubium, quia & nubes
sunt nobis visibles, & videmus in eis colores va-
rios, sic per admixtionem aliquorum vaporum,
& per adhibitionem seminum corpus sumptum
ab Angelo formatum ex aere potest apparere visi-
ble, & coloratum. Sed quod se fiat palpabile, hoc
est difficultius, cum illud corpus sit aereum, & ut
videtur, non possit perfectè durum fieri, vel si fie-
ret perfectè durum, non videtur facilis dissolu-
tionis, sicut & crystallus, licet sit de materia per-
via, tamen quia est durum, & resistens tactui, non
potest faciliter dissolui.

Ad quod responderi posset, q[uod] quantum ad
materiam, in qua loquimur, facilius forte es-
set Angelo facere de aere corpus palpabile, quia
visibile, quia propter hoc corpus aliquod elemen-
tare non est palpabile, quia cedit, & non resistit
tactui, sed cum materia corporalis obediatur Ange-
lo ad nutum, sicut ad nutum Angelii materia cor-
poralis mouetur, ita ad suum nutum habet, quod
fit, & quod etiam impulsa non cedat, quo fa-
cto fit illud corpus palpabile, q[uod] resistet tactui, &
& non cedet. Vtrumq[ue] ergo poterit facere Angelus
de corpore suo aereo, & quod sit palpabile, non
permittendo ipsum cedere, & q[uod] sit visibi-
le, admiscendo ibi aliquos vapores

grossos, per quos poterit vi-
deri, & apparere
visibilis.

* Visibili-
tas corporis
ab Angelis
assumpti
vnde.

* Palpabi-
litas corporis
ab Angelis
assumpti
vnde.

Materie
corporis ob-
ediat Angelo
ad nutum, &
quantum ad
motum, &
statum, &
ut resiste-
tur.



D primum dicendum, quod, ut potest patere per habita, ad hoc, quod corpus assumptum ab Angelis fiat visibile, non oportet, quod sit de grossa materia, sed sufficit, q̄ si de materia aerea, habente admixtionem aliquorum grossorum vaporum, sicut & de nubibus exemplum posuimus.

Ad secundum dicendum, q̄ Angeli apparuerunt in forma humana, non tamen vere habebat talia corpora, sed solū videbatur ea habere, iō nō oportebat, q̄ essent illa corpora vere formata de tali materia, de quali formatur corpus humanū, sed sufficiebat, quod essent formata de aere, & haberent admixtionem aliquorum grossorum vaporum, ex quibus quasi ingrossata ficerent visibilita, & haberent lineamenta humani corporis, sicut & in nubibus aliquando. videntur resultare variae formae, & varia lineamenta. Nec tamen ex hoc dicimus, quod corpus assumptum ab Angelo sit omnino sicut nubes, sed ut denuo exemplum, quod sicut in aere ex aliqua admixtione vaporum, potest ibi apparere aliquid visibile, & coloratum, sic potest Angelus de aere ibi aliquid admiscendo, & semina aliqua adhibendo, & actiuua passiuis coniungendo, aliquid corpus formare, quod sit visibile, & coloratum.

Ad tertium dicendum, q̄ corpus, qd assumunt Angelii, nec est oīno simplex, nec est oīno mixtū, sed pōt dici admixtū, sicut videmus, quod & in nubibus aliqualiter relucet natura omnium clementorum. Nam ibi relucet natura aeris, quia sunt quasi aer inspissatus, per admixtionem grossorum vaporum. Ibi relucet natura terræ, quia multi vapores siccii attrahuntur per calorem Solis ad locum, vbi generantur nubes. Ibi relucet natura aquæ ratione vaporum humidorum, aliter enim nunquam ex nube fieret pluia, quia & si vapores siccii ibi attrahantur per admixtionem, quā habet siccum cum humido, vapor tamen siccus non erit materia pluiae, sed humidus. Ibi etiam relucet natura ignis, quia ex calore solis, & ex velocitate motus, aliquo modo igniuntur illi vapores, vnde & tonitrua, & coruscationes ibi generantur. Sicut ergo nubes non est simpliciter corpus mixtum, licet aliquam admixtionem habeat, sic & corpus assumptū ab Angelo, non oportet, quod sit simpliciter mixtū, sed poterit aliquam admixtionem habere, & ex hoc

lapere aliquo modo
naturam omniū
elementorum,
& cetera.

In nubibus
omnīū ele-
mentorum
natura relu-
cit

A Q V E S T I O II.

De Angelorū operationibus in corporibus assumptis.



E N D E queritur de operationibus, quas habet Angelus in corporibus. De operationibus autē Angelorum circa corpora queruntur quinque.

Primo: Vtrū in corpore assumpto exerceant opera animæ vegetatiæ.

Secundo: Vtrū exerceant opera animæ sensitivæ.

Tertio: Vtrū in corpore, quod mouet Angelus inferior, dicatur apparere Angelus superior, vel etiam ipse Deus.

Quarto queretur de corporibus nō assumptis, & hoc tam de corporibus inanimatis, quam animatis, tam brutorū, quam hominum. Vtrū talia corpora Angelii, & specialiter Angeli mali, possint intrare, & vexare.

Quinto queretur de huiusmodi Angelis non respectu corporum, sed animarum, & specialiter rationalium, quomodo se habeant ad eas &c.

A R T I C. I.

An Angelii in corporibus assumptis exerceat opera vegetatiæ.
Conclusio est negativa.

D Tho. 1. p. q. 51. art. 3. Et 2. sent. d. 8. artic. 4. Et in q. disp. de Pot. q. 6. art. 8. Et quol. 3. art. 5. D. Bonau. d. 8. artic. 3. q. 1. Holkoth. 2. lentrn. q. 4. Ric. d. 8. q. 5. 6. Sco. d. 8. q. 1. Biel. d. 8. q. 1. Dur. d. 8. q. 2. Ant. And. d. 8. q. 1. Voril. d. 8. q. 1. Barth. Syb. 3. Dec. c. 4. q. 4.



D primum sic proceditur: videatur, q̄ Angelii in corporibus assumptis exerceant opera animæ vegetatiæ. Nam operationes animæ vegetatiæ, quantum ad præsens spectat, sunt tres: Vire, Nutrire, & Generare. Posset etiā assignari huiusmodi opus, augmētare, sed hoc habet eandē difficultatem cum nutritione.

D

Videt enim primo, q̄ Angelii in corporibus assumptis exerceant opera vitæ. Nam vivere potissimum conuenit Angelis, habent enim excellentiorem vitam, quam habeant quæcunque aliæ creature, sed vbi est excellentius agens, ibi est excellenter effectus. Cum ergo Angelii habeant excellentiorem vitam, quam animæ, si corpora coniuncta animabus vivunt, multo magis coniuncta Angelis.

Præterea in operatione naturæ nihil est frusta, & multo magis in operations intelligentiæ, cum naturæ ex hoc non agat frusta, sed propriæ finem,

Artif. lib. 1.
de celo. 1. c.
32. li. 2. t. c.
50. 59. 3. de
anima. 43.
45. & alijs.

finem, quia est mota ab intelligentia. Cum ergo corpora assumpta ab Angelis habeant oculos, aures, & huiusmodi organa, quae non sunt nisi corporum viuentium. Frustra ergo haberent ea, nisi viuerent.

Præterea corpora assumpta ab Angelis videntur viuentia, quia taliter se habent, ac si viuerent. Essent ergo, ut communiter arguitur, Angelii deceptores, si ostenderent se habere corpora viuentia, & tamen illa corpora non viuerent.

I N C O N T R A R I V M est, quia viuere in corporibus non est nisi ab anima, propter quod nullum corpus in animatum viuit, sed Angelus non animat, nec animare potest aliquid corpus, ergo non dat viuere, nec dat opera vitæ alicui corpori.

Dub. I. Lateralis.

An Angeli in corporibus assumptis exerceant opera nutritionis.

Conclusio est negativa.

Ric. d. 8. q. 5. Holkoth. 2. senten. q. 4. Et vide Doct. supra citatos in ijsdem locis.



Spiritus vitalis
& naturalis
vbi confluunt.

Gen. 18.

Christi co-
mendatio post
reurrectione-
ne in opti-
me etiā ex-
pli-
catur a
Gabri. Biel
d.s. q. 1. art.
2. d. 2.

LTRARIUS autem, cum opera vitæ specialiter in corporibus animalium distinguatur ab operibus nutritionis, quia spiritus vitalis, cuius est exercere opera vitæ, dicitur esse in corde, spiritus naturalis, cuius est exercere opera nutritionis, dicitur esse in hepate, ut patet per Auic. in 9. de animalibus. quia ergo opera nutritionis distinguuntur ab operibus vitæ, dubitare posset aliquis: Vtrum Angeli in corporibus assumptis exerceant opera nutritionis. Et videtur, quod sic, quia comedere ad opus nutritionis pertinet: sed Angeli in corporibus assumptis leguntur comedisse: iuxta illud Gen. 18. vbi dicitur de Angelis: Cumque comedissent &c.

Præterea Christus post resurrectionem comedidit, sed corpus illud iam erat spirituale, quia non indigebat cibo. Si ergo Christus post resurrectionem comedidit, qui cibo non indigebat, possunt & Angeli in corporibus assumptis comedere, quia cibo non egeant.

Præterea videtur, quod Angeli non solum comedent in corporibus assumptis, sed etiā, quod post comedionem illam nutrimentum sumperrint. Dicitur enim Gen. 18. Abraham dixisse Angelis: Requiescite sine labore, ponamque bucellam panis, & confortetur cor vestrum. Qui responderunt: Fac, ut lecutus es. Sed comedio nunquam confortaret cor, nisi inde sumeret nutrimentum, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia non est cibatio, nisi vbi est depediti restauratio ad hoc enim ordinatum est alimentum, ad restaurandum de-

A perditum, sed in corporibus assumptis non est dare huiusmodi deperditionem, sicut est dare in corporibus animatis, ergo &c.

Dub. II. Lateralis.

An Angeli in corporibus assumptis exerceant opera generationis.

Conclusio est negativa.

D. Bonau. d. 8. art. 3. q. 2. Ric. d. 8. q. 6. Holkoth. 2. sent. q. 4. in fine De subcubis, & Inc. Bart. Syb. 3. Dec. c. 2. q. 2. Et vide Doct. supra citatos.

LTERIUS autem, quia & generare pertinet ad animam vegetativam, posset quis dubitate: Vtrum Angeli in corporibus assumptis exerceant opera generationis. Et videtur, q. sic, quia multi dicunt generati per artes Subcuborum, & Incuborum, sed Subcubi, & Incubi dicuntur Daemones, ergo &c.

Præterea Gen. dicitur, quod videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchre, accepserunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Sed Aug. ait 15. de Ciui. Vbi dicti sunt filii Dei dilexisse filias hominum, ijsdem dicti sunt etiā Angeli Dei, ibi ergo filii Dei accipiuntur pro Auge- lis Dei.

Præterea idem Aug. eodem lib. & c. ait, q. multis, de quorum fide dubitandum non est, audiuisse confirmant, Siluanos, & Faunos, quos vulgo Incubos vocant, imptobos extitisse mulieribus, & earum appetuisse, ac peregisse concubitu, ergo &c.

Præterea idem eodem lib. & c. ait, Daemones quosdam assidue hanc immundiciam tentare, & efficerre. Et ait, q. plures tales sunt, qui hoc alle- runt, ita ut hoc negare, impudentiae videat. Si ergo testimonium plurium talium hoc asservetur, ut negare istud sit impudenter, videtur, q. Angeli sel- tem mali se coniungant carnali copula cum mu- lieribus, & hoc modo generent.

I N C O N T R A R I V M est, quia semen est superfluum alimenti, quibus ergo non competit nutritio, nec seminis emissio, & per consequentem, nec generatio.

Resolutio Artic. I.

Angeli in corporibus assumptis opera vitæ exerceere non possunt, cū corpora huiusmodi corde careant. cui presertim vitæ operationes ad scribuntur: Ade etiam, quod corporibus Angeli dare esse non queunt, nec eorundem preseptiones organorum dicuntur.

ESPONDEO dicendum, ad questio- nem primam, quod tria distinguuntur opera animarum vegetativarum nutritio & augmen- tare, & generare, ut id alimentum virtute animarum vegetativarum nutrit in eo, quod conuertitur, in

Gen. 18.

Cos mem-
bris omni-
bus tribus
vita. Ph.
L. c. 1.

Eros. 4.

Phy. 2. t. e.
62. 64. 65.

In natura alii: augmentat in eo, q̄ extēdit mēbra, & est generationis principiū, vt est superflū ultimē digestionis. Sed hæc tria dicunt opera vegetatiū, quia sunt cōia h̄ntibus aīam vegetatiū, tam aīalibus, q̄ plātis, tñ in aīalibus vltra p̄dicta tria, distinguemus aliud opus aīe vegetatiū, qd est dare ipsa opa vitæ. huiusmodi aut̄ opa vitæ i aīalibus sunt p̄ spiritū pulsatiles, sive p̄ cordas pulsatiles, & iō huiusmodi opera dicunt p̄pria cordi, vt aī. Auerroes i. sui colliget. i. c. de iuuamētis hepatis. vbi vult, q̄ venz hepatis nō sint pulsatiles, & q̄ virtutes pulsatiles sint pprię in corde, &, q̄ cor h̄et suā dñationē cū hac virtute, &, q̄ cor cū huiusmodi virtute det, & partia oīibus mēbris virtutes suas. Ad aīam ergo vegetatiū i aīalib⁹, & potissimē aīalibus in pfectis: pertinet pulsare, nutritare, augmentare, & gnare, q̄ licet quatuor sint, tñ circa angelos, quētū ad corpora aīsupta, nō mouimus nisi tres q̄stiones. q̄a non fecimus q̄stionē de augmēto aliā à q̄stione de nutritione. q̄a si nō nutriunt corpora aīsupta ab angelis, certū est, q̄ nō augmetatur, vt hic de augmēto loquimur, videlicet, vt est opus aīe vegetatiū. Cū ergo q̄t̄. Virtū angelī i corporib⁹ aīsuptis exerceat opera vitæ, dici dēt, q̄ opera vitæ appropriant cordi pp̄ tria. Primo, p̄t̄ cor cōparat ad aīam. Secundo, p̄t̄ cōparat adiuā formationē: Tertio, p̄t̄ cōparatur ad aliū organa. Prout qdē cōparat ad aīam, cordi appropriatur vita. q̄a est principale organū aīe. Oia. n. opera sua exercet anima principaliter p̄ cor, ita q̄ cor est principaliter viuēs: principaliter sentiēs, principaliter nutritiēs, & principaliter gnātis. Oia. n. huiusmodi opera, q̄ p̄ se cōpetūt organis sunt principaliter p̄ cor, & si inueniat aliquid, q̄ sentire cōpetat cerebro, nutritre hepati, gnāte genitalib⁹ vāsis, dicemus, q̄ i his huiusmodi organa deseruit cordi, vt cerebrū ei deseruit i sentiēdo, hepar i nutritiēdo, vasa genitilia in gnāndo, oīa tñ ista principaliter cōpetūt cordi, & i oīibus his dñatut cor. Opera tñ vitæ, & q̄cūq; alia opera aīe, loquēdo de organicis operibus, principaliter cōpetūt cordi, p̄t̄ cor cōparat ad aīam, q̄a aīa principaliter opera omnia ista.

Secundo opera vitæ principaliter cōpetūt cor-di, nō solū p̄t̄ cor cōparat ad aīam, sed et̄ p̄t̄ cōparatur ad suā formationē, q̄a q̄ cor est illud, quod primo formatur, & ideo est illud, qd̄ primo viuit, & illud, qd̄ ultimo moritur, vt patet per Philosophū in de aīalibus. Habet. n. se cor in aīali, sicut lignū recurvū i nauī, vel sicut fundamētū i domo, vt patet p̄ Philosophū. Sicut. n. factio fundamētū i domo sunt oīa alia, fīm q̄ requirit fundamētū, & sicut factio ligno curvo in nauī cōpagnanc sibi oīa alia ligna, secundū q̄ requirit huiusmodi lignū, sic formato corde i aīali formantur oīa alia mēbra, secundū q̄ requirit cor. Vtrū aut̄ tēpore, vel simili natura primo fiat cor, quia quasi simul videntur fieri ista tria mēbra, cor, hepar, & cerebrū, nō est p̄lentis speculatiōnis. Sufficiat aut̄ ad p̄sens scire, quod cor est illud, quod primo formatur, & primo viuit, vnde ei appropriant opera vitæ.

Tertio hoc idem patet, prout cor cōparatur

A ad omnia mēbra. Na cor omnib⁹ alijs mēbris largitur vitam. Vnde sicut Philosophus in Phy. Motū cōeli dicit esse vitam i entibus, quia cōlū cōtinuē mouetur, à quo habet oīa alia, quod mouetur, sic i aīali semp cōtinuē mouetur cor, vt ex hoc oīa mēbra participet motū, & opera vitæ. Siue ergo cōparetur cor ad aīam, siue ad suā formationē, siue ad alia mēbra, cor dī principaliter viuere. Iō dī Prover. 4. Omni custodia serua cor tuū, quia ex ipso vita p̄cedit. Vel si volumus oīa ista referre ad aīam: dicemus, quod aīa est actus corporis organici: depēdet. n. aīa à corpore organico, & operatur p̄ potētias organicas. Inquātū ergo est actus corporis organici, si corpori cōcat esse, oportet, q̄ ei cōcet & agere, quia natura ordinatē agit. Si aīa dat esse corpori organico, & operatur p̄ corpus organicū, oportet, q̄ in aliqua parte corporis primo, & p̄ncipaliter apparet opera aīe, huiusmodi autē pars est cor. Rursus quia aīa est actus corporis organici, & depēdet à corpore habēte organa, quia natura ordinatē agit, oportet, q̄ illa organa quodā ordine fiat, vt prius fiat vnu organū, q̄ aliud organū, huiusmodi autē organū, qd̄ primo formatū est, est cor. Amplius: quia aīa operat per virtutes organicas, quia oēs ista virtutes sunt vnius aīe, oportet, q̄ se inuicē iuuent, &, q̄ ibi sit aliquid dominans, ditigens virtutes illas. Huiusmodi autem dominans inter virtutes organicas, est virtus cordis. Cor ergo, cui appropriantur opera vitæ, hoc hēt, vt cōparatur ad animam, vt est actus corporis organici, & vt operat p̄ virtutes organicas. Nō posset ergo angelus i corpore assumpto, exercere opera vitæ, nō hēt huiusmodi corpus diuersa organa, inter q̄ vnu esset p̄ncipalius, cui primo conuenient opera vitæ, & quod primo formatetur, & quod dominaretur omnibus alijs organis. Et quia angelus sic assumit corpus, quod non dat esse illi, nec est perfectio corporis organici, nec agit p̄ virtutes organicas: ideo illi corpori aīsupto nō p̄t cōicare angelus opa vitæ.

R E S P. A D A R G. A R T. I.

Ad primū dicēdū, quod quia angelus hēt sic excellentē vitā: ideo non potest corpus participe vitam sic excellentē. Nam inferiora in substantijs intellectualibus, cuiusmodi sunt animæ humanæ, quæ tenent infimum gradum in genere substantiarum intellectualium, sunt illa, quæ coniungantur corporibus, vt formæ, & quæ cōmunicant eis opera vitæ. angeli autem propter suam excellentiam non sic cōicant corporibus.

Ad secundum dicendum, quod in operatione. Angelī nihil est frustra, & quod apparet ibi aures, & oculi, non est frustra, quia & si nota sunt organa, vt per ea opera vitæ exerceant, sunt tamen, vt per ipsa suas proprietates exprimant, & vt hominibus, quibus apparent, consolationem tribuant, & vt ipsis in admirationem adducant. Frustra enim est, quod caret fine, cum ergo ad aliquem finē ordinent corpus illud, quod videtur sic organizatum, quā uis non sit vere organizatum, apparentia illius

Aegid. supet ij. Sent. Lī organi-

Opera vita
pulsatiles
mēbra
sunt ab aliis
mēbris
mouentes.

Virtutes
pulsatiles
sunt.

Augmētū
ab aliis nu-
tritiōne es-
ſe non pot̄.

Vita opera
appropriata
est cori.

Cor est ani-
ma organa
p̄ncipiale.

Sentire, no-
tare, & ge-
nere qui-
bus esse.
sunt.

* Cor p̄-
mo forma-
tur, & vlti-
mo morit,
& omne vi-
ta prima,
postero
mortuus ex
Arist. 1. de
Gen. anim.
S. 4. de som-
po, & vig.

organizationis non erit frustra.

Ad tertium dicendum, q. vi supra tetigimus, nō est deceptua locutio, dato, q. nō sit vera quantum ad id, quod dicitur, si est vera quantum ad id, proptet quod dicitur, quia tunc omnes figuratus locutiones essent falsa. Sic corpus assumptum ab Angelo, si nō est ibi veritas organorum, quam ostendit, est ibi veritas quantum ad id, propter quod illa ostendit, quia natura per illa sensibilia manuducit nos in cognitione intelligibiliū.

Resolutio Dub. I.

Angeli instrumentorum expertes, opera nutritionis non exercent, illorumque opera in corporibus assumptis vera non sunt, cum organa non nisi secundum apparentiam habeant. Hinc eorum corporum Motores, non forme dicuntur.

ADid autem, quod quærebatur: virū Angeli in corporibus assumptis exercet opera nutritionis; Dicere possumus, q. organa illa, quæ exterius apparent in corpore assumpto ab Angelis deseruentia commissione, sive nutritioni, cuiusmodi sunt os, dentes, & lingua; quadrupliciter considerati possunt. Vno modo prout comparatur ad apparentiam, & veritatem. Secundo prout comparantur ad organa intrinseca. Tertiò prout comparantur ad esse, & ad agere. Quarto prout comparatur ad motorē, & formam. Ex quibus possunt summi quatuor rationes, q. Angeli in assumptis corporibus non exercent opera nutritionis,

Prima via sumitur, prout os, & dentes, & lingua in homī in corpore assumpto cōparantur ad apparentiam, & veritatem. Nam ē in apparentiam Angelus videtur habere talia, non autem habet ea secundum veritatem, & existentiam, vnde os illud non est vere os, nec lingua vere lingua, nec dentes veri debentes, q. uia, vt diximus, non est ibi veritas quantum ad id, q. o. ostendit, sed quantum ad id, q. q. ostendit; sicut Angeli apparentes non iunt veri homines, sed apparent hoīes, vt ex homī apparentia manu lucamur in cognitionem proprietatum Angelorum; & sicut illa organa non sunt vere talia, sed apparent, sic comedere, q. d. sit per talia organa, non est vere quid tale, sed appetit, vñ & Tobie dixit Angelus: Vide bar, q. d. vobis māducere, & bibere, sed ego cibo, & potu inutilibili vtor, q. ab hoīb. videri nō pōt.

Secundo appetit hoc idem, si homī organa exteriora cōparent ad interiora, nā princeps nutritiū est cor, verū nā in hac actione hepar. deservit cordi, ita, vt Galenus crederet, prout Aulen, narrat i. 2. sui colligit, q. hepar esset princeps nutritiū: non tñ sic est, sed homī princeps est cor, & sibi deseruit hepar. Quidquid tñ sit, i. alib. perfectis non sit nutritiū sine corde, & hepate, nec ēt in imperfectis sit nutritiū sine corde, vel sine aliquo loco cordis, q. ēm Philosophū in de alib. nō est inveniū aīal carens corde, vel non habens aliqd loco cordis. Cū ergo corpus assumptū ab Angelo solū habeat organa quantū ad appetitā, non oportet, q. habeat organa interiora, vt q. habeat cor, & hepar, q. illa frustra essent, cū

Tobie. 12.

2. de Hīto.
animalium.
17

Quæst. II.

Anon apparet: & si haberet ea, non essent vere talia, sed solū apparteret, cū ergo sine talibus organis, & quæ sint vere talia, nō possit vere fieri nutrimentum, non vere erunt opera nutritionis in corporibus assumptis ab Angelis.

Tertia via ad hoc idē sumitur, prout homī organa, p. quæ q. vñ Angelus comedere i corpore assūpto, cōparant ad agere, & ad esse, q. a ressicut se hēt ad esse, ita se hēt ad agere, quia q. q. d. agit, agit fīm q. hēt esse, & pōt est in actu, iuxta illud Dio. 2. c. dē eccl. Hierarchia, Existere conuenit primū ad operari, vbi ergo nō est vere esse aīatum, non sunt vere opera aīatorum. Igitur q. a corpus assumptū ab Angelo, vñ esse aīatum, sed non est comedere, & nutritire, & cetera, quæ sunt opera aīatorum, fīn apparentiā poterunt esse in homī corporibus assumptis, nō autem ēm veritatem, & existentiam.

Quarta via ad hoc idē sumitur, prout talia cōparantur ad Motorē, & formā, nam Angelus respectu corporis assumpti, vñ cōiter ponitur, ibi in est, vt motor, sed non vt forma. vbi ergo motor conuenit cō forma, ibi poterunt vere talia existere in corpore assumpto, vbi autē differt, ibi non erunt talia ēm existentiam, sed fortē ēm apparentiam, sicut & Angeli non sunt veræ formæ illorū corporū, sed possunt credi esse formæ. Diuidere ergo cibū, & traijere interius, hoc potest facere Angelus, vt motor, quia & cultello pōt dividit cibos, & posset in aliquā partem impelli; sed, q. inde sumatur nutrimentū, & q. sit ibi virtus digestiua digerens, quia hoc est propriū aīa, vt est forma, ideo in corporibus assumptis ab Angelo talia esse non possunt.

R E S P. A D A R G. D V B. I.

AD primū dī, q. Angeli dicuntur comedisse quantū aī aliquid, quæ sunt in commissione, vt quia poterant cibū diuidere, & homī cibū sic diuisum intra corpus suū traijere. Non tñ erat ibi vera comedisi, q. nō erat ibi virtus digestiua, quæ posset cibum sic in corporis traiectum digerere.

Ad secundū dicendū, q. non est simile de Christo post Resurrectionē, vel de quocunq; corpore glorificato, & de corpore assūpto ab Angelo, nam si corpus glorificatū non indiget cibo, hoc nō est per naturā, sed p. ḡam. omne, n. corpus animalū sive naturæ derelictū hēt consumi a calore naturali, vt rōne cōsumptionis, & deperditionis, indiget alimento, & restauratione.

Rūsus in homī corpore, quantuncunq; glorificato est ibi virtus digestiua, & alię virtutes animalē, licet non oīo ad illum vsum, ad quē erant in corpore non glorificato sed Angelus in corpore assumpto non indiget cibo per naturam, nec aut aliter, est aut illud corpus dissolubile, sed nō indiget cibo, sicut nec indiget nubes, vel quēcūq; corpora inanimata. Rūsus in homī corpore assumpto non est virtus digestiua, nec sunt ibi virtutes animalē, & ideo licet tā cibus assumptus ab Angelo in corpore assumpto, q. cibus assumptus a Ch̄o post resurrectionē nō fuerit cōuersus in alimentū corporis, sed fuerit resolutus in p̄iacientem materiam, vel qualitercumque aliter dissolutus, atta-

Angeli es
metio q. s
lis, sed vide
Argumentū
contingere
resp. noīc
temēdū in Gabr. M.
cl. d. 1. q. 1.
art. 4 dub. 1.

cibis co
lio quā

men propter rationes prætatas, magis propriæ concedere possumus, quod comedenter Christus post resurrectionem, quam, quod comedenter angeli in corpore assumpto. Dicitur enim quis comedere, si dividat cibum, & traiicet ipsum in stomachum, si habet verum stomachum, & veram virtutem nutritiæ dato, quod impedit à nutrimento propter aliquid accidens superueniens. nam si non haberet verum stomachum, nec veram virtutem digestiæ, non verè diceretur comedere. pp qd angeli in corpore assumpto verè comere dici nō possunt, cū nec verū stomachum, nec verā virtutē digestinā habeat.

Ad tertium dicendum, quod Abraham nesciuit illos tres viros esse angelos. Vnde Aug. 16. de Ciui. Dei. hanc materiam pertactans ait, quod Abraham in tribus, & Loth in duobus viris, Dominum agnoscebant, cum eos etiam homines esse arbitrentur. Et subdit, qd neque ob alia cām eos suscepserant, nisi ut tanquam mortalibus humana refectione indigentibus ministrarent, crediderunt ergo Abraham, & Loth viros illos apparentes, esse quasi Prophetas, & quasi homines diuinos, in quibus reluceret diuina gratia: ideo credebat eos indigere refactionibus. Et propter hoc Abraham dixit, qd volebat refocillare cor eorum. Hunc etiam veritati applaudit, qd dicitur ad Hebreos vlt. Nam vbi nostra translatio habet, qd placuerunt quidam angelis, hospitio receptis, quedam translatio habet, quod quidam nescientes hospitio receperunt angelos, quod Gl. exponit, & est sumpta ab Aug. 16. de Ciui. Dei. in c. præallega. de Abraham, & Loth, qd receperunt eos hospitio nescientes eos esse angelos. Post autem sic solvi controværia, qd in principio nescierunt eos esse angelos, ideo loquebantur eis tanquam hominibus indigentibus refactione, sed forte in fine, in recessu ipsi angelii manifestaverunt se eis, & ipsi cognoverunt angelos esse.

Resolutio Dub. II.

Angeli in corporibus assumptis generationis opera per semen ab eis decisum exercere non possunt: Idque patet naturæ organi, fatusque ratione. Possunt tamen aliunde procurare semen, ut ad generationem exercenda cooperentur: sicut terre semina mādarī, ac idē plantas nasci videmus.

Ad id, quod quærebatur: Vtrum angeli in corporibus assumptis possint exercere opera potentiarum generatiæ, Dicitur potest, quod angelos posse generare in corporibus assumptis, potest intelligi duplitter, vt etiam communiter ponitur: vel, quod ab illis corporibus semen decidatur: vel, quod coadiuantibus corporibus illis aliunde procureretur semen, quo fiat generatio. Si intelligatur primo modo, sic est proposicio falsa, qd angeli isto modo possint generare in corporibus assumptis, vt, qd possint assumere corpora, à quibus possit decidere verum semen. Quod quadruplici via potest declarari, secundum, qd huiusmodi semē ad qua-

A tuor potest comparari, videlicet ad materiam, de qua exceditur: ad organa, per qd decidit: ad aliam, i cuius virtute agit: & ad ipsam fœtū, quē efficit.

Semen est superfluum alimenti.

Prima via sic patet. Nam semen est superfluum alimenti, est enim superfluum ultimæ digestionis. Præsupponit ergo decisio seminis virtutem digestiæ quantum ad materiam, de qua sumitur, quia superfluum ultimæ digestionis est materia decisi seminis. Vnde, vt formentur omnia membra, congruum est, qd illud sit materia seminis, quod est in propinquissima dispositio-ne ad hoc, quod participet substantiam omnium membrorum: huiusmodi aut est materia ultimæ digestionis, ergo cū angeli in corporibus assumptis non verè comedant, nec habeant virtutem digestiæ, nō poterit ibi esse opus ultimæ digestionis, immo nullius digestiōis verè opibz ibi esse poterit, pp qd nō poterit ibi eē materia veri seminis vt à talibus corporibus decidi valeat verū semē,

Secunda via ad hoc idē sumitur ex parte organorum, per qd tale semen deciditur. Nā sicut in nutrimento hepar deseruit cordi, sic in genera-tione vasa genitalia tanquam propria organa cordi deseruit. propter qd sicut arguebamus i nutritione, qd nō pōt i illis corporibus esse vera nutrictio, quia nō est ibi verū cor, nec verū hepar, qd in nutrictione deseruit cordi, sic arguere poterimus, & de generatione, qd nō poterit à talibus corporibus decidi verū semē, qd sit verè generatio-nis effectiū, quia in talibus corporibus non est verum cor, vbi principaliter est virtus gnatua, nec vera organa deseruientia cordi ad generationem, immo i præfatis corporibus nō solū nō oportet ibi esse cor verū, sed etiā nō oportet ibi esse cor appetens. Nā oīa iudicāda sunt secundū finē, vt patet p Philosophū. Cū ergo finis illorū corporū sit, qd appareat humana: nō aut qd sint, fm finē exit, qd ibi appareat organa exteriora, vt, qd videat habere aures, nares, & os, licet nihil horū verè ha-beat, ideo quātū ad organa interiora, vt quātū ad hepar, & cor, vel quātū ad qcūque organa, qd nō vident, nec fm esse nec fm apparere, oportebit in illis corporibus esse huiusmodi organa.

Tertia via ad hoc idē sumitur ex parte aīa, i cuius virtute agit huiusmodi semē. Nā ad virtutē huiusmodi seminis pertinet oīa mēbra distingue-re: & cū mēbra leonis, & mēbra cerui non diffe-rent, nisi quia & aīa differunt, oportet virtutē seminis siue ipsum semē agere in virtute aīa. Nisi ergo sit corpus aīatum, nō poterit ab eo decidere verū semē, quia nō esset ibi aīa, i cuius virtute illud ageret, & qd corpora assūpta ab angelis nō sunt aīata, tū quia angelii nō possunt aīare ea, quia nō possunt esse formæ, & perfectiones corporū: tū ēt qd huiusmodi corpora aīarent p alia aīam nō ducerent in cognitionē naturæ angelicæ, sed na-turæ ppriæ, & fm, qd haberent aīam talia aīata, sic ducerent in cognitionē illius naturæ. nullo ergo modo ab huiusmodi corporibus, qd aīata sunt, decidi poterit verum semen.

Quarta via ad hoc idem sumitur ex parte fœ-tus, quem causat, & efficit tale semen, nam fœtus Aegid. super ij. Sent. Ll 2 causa-

Cor, & he-par quando do concue-rant ad ge-nationē.

Generati-vitas pri-ma cipit in corde.

Lib. 2. de-a-nima l. 6 42.

Tomo 5.
cap. 29.
Vide p. hac
difficultate
Geb. Biel.
d. s. q. 1. ut.
1. dub. 3

Abraham,
& Loth re-
cepserunt
Angelos
hospitio,
quos tam
plicerunt
esse Ange-
los.

*Afinis ex
menstruo
equi gene-
rat mulum
ex inobedi-
entia ma-
teris 7. Me-
m. 22.*

*z. Phys. t. c.
26.*

*Subcubi, &
i. cubi, qui
huius vide
Holkoth 2.
sent. infine.*

* *Filiij Dei*
i. iib. i. Gen.
dicuntur sub
cubi i. Dæ-
mones co-
entes cum
vitis agentes
partes Mu-
lieris; coen-
tes cum fee-
ninis Incu-
bis dicuntur.
Nec illi sic
genitus di-
citur Dæ-
monis, sed
est, vnde se
men sunt de
cibus. Dæ-
mon dicitur
filius Dei, &
pri. nat. p. t.
ritualem, ve-
lob. c. i. Sa-
than dicitur
inter filios
Dei. Veli
iij. Dei intel-
liguntur filii
Seth in-
scitis i. cul-
tu diuino.
Hinc filii
Dei, quia si-
deles, qui
phibit con-
trahere ma-
tri monum
cū filiabus
boniun.
i. filiis lu-
bericarum
& haym, itaſ
gelli sunt p-
cepimus, &
aceperimus
eas sibi in
vniores. Qd
quadrat.
Iex. i. q. quen-
ti.

caulatus per huiusmodi semen est similis in A specie cum eo, à quo decidit ut tale semen, quia homo generat hominem, & asinus asinum, nisi sit inobedientia materie, sicut semen Afini ex menstruali equi pp inobedientiam materie non potest generate alinum, sed generat aliquid propinquum asino, ut mulum. Angeli ergo, si generarent in corporibus assumptis, generarent Angelos, vel generarent aliquid lupi homines, quod non esset ciuidem speciei cum hominibus, sed esset mulrum propinquum Angelis, quod stare non potest, quia nec Angelos generare possunt, nam Angeli non producuntur in esse per generationem, sed per creationem: nec supra hominem est dare speciem aliquam animalis, immo natura humana est ultimus terminus, ad quem se extendet consideratio Philosophi naturalis, ut patet per Philosophum in 2. Physic, nunquam enim Angeli facherent vnum secundum esse cum corporibus assumptis, vt possint vere generare in talibus corporibus.

Vito, quō Angeli non possunt in corporibus assumptis generare: sic, quō ab illis corporibus decidatur verum semē, volumus declarare, quōmodo coadiuantibus talibus corporibus possunt aliunde procurare semen, vt cooperentur ad generationem. Nam secundum Aug. a tot dicitur de Subcubis, & Incubis, & a talibus, quod omnino talia negare dementia, siue impudentia esse videatur. Dicendum ergo, qđ Angeli, vel Dæmones possunt i corporibus assumptis fieri Subcubi, vt illudant hominibus, vel in somnis, vel etiā vigilantibus. Nam compertum est aliquando aliquos copulam carnalem habuisse etiam vigilantes, qui expleto opere se delulos invenerunt, vt nihil circa se reperirent, disparente Dæmoste in effigie fœminæ, qui prius sibi in tali forma apparuerat. Illi etiam ijdem Dæmones, qui prius fuerant Subcubi deludēdo homines, possunt postea fieri Incubi, delusionem huiusmodi agendo circa fœminas in somnis, vel etiā vigilates, quia, vt supra diximus per Aug. compertū est aliquos Dæmones fuisse improbos mulieribus, siveque opus cum eis peregrisse. Possunt ergo Dæmones semē, quod acceperunt, deludendo vitis, transfundere in vasa fœminea, vt inde fiat generatione. Sicut enim in alijs rebus possunt grana leminum coniugere terræ, vt inde nascantur plātæ, sic possunt feminina virorum infundere matricibus fœminatum, vt inde nascantur homines. Vnde & illud Gen. 6. & Videntes filij Dei, &c. aliqui exponunt de Subcubis, & Incubis, qui ingredientes ad filias hominū, ipsas generare fecerunt modo, quo diximus; non, qđ semen ab eorum corporibus decideretur, sed semen aliunde procuratum, adiuvantibus suis corporibus assumptis illudendo per ea viris, & fœminis transferendo huiusmodi procuratum semen in matrem fœminę. Et huic dicto consonat, quod dicitur in Gen. quod isti sunt virti famosi potentes a seculo. Possunt enim cognoscere Dæmones, quōd semen cuique fœminæ competat, & in qua dispositione actis, & sub-

A qua constellatione melior fiat generatio, nam corpora nostra subditæ sunt corporibus supercessentibus, vt secundum hanc constellationem corpus sit melius complexionatum, quam secundum illam. Liberum enim arbitrium non est directe subditum cœlo, complexio rāmen corporis cœlo subiectur. Homines ergo illo modo nati poterunt esse elegantis formæ, bene complexionati, cordati, & audaces. Ideo poterant esse virti famosi, & potentes a seculo, poterant etiam esse magnæ statuæ, vnde & Gen. dicitur, quōd Gigantes in diebus illis erant super terram. Sed siue de Incubis, & Subcubis exponantur verba illa de filiis Dei iagressis ad filias hominum, siue non, certum est, quōd arte Subcuborum, & Incuborum possunt modo, quo diximus, generationes fieri. Aug. tamen verba illa Gen. de filiis Dei: exponit de filijs Seth, & per filios hominum intelligit filias Caym. Et quia quædam translatio vbi nos habemus filios Dei, habet Angelos Dei, ideo dicit August. quōd Angeli Dei in scripturis aliquando nuncupati sunt homines, nam & Ioannes dicitur est Angelus, iuxta illud: Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Et quod dicitur de Gigantibus, dicit August. quōd propterera placuit Creatori, vt tunc essent Gigantes, cum propinquus erat destruere genus humanum, vt ostenderet, quōd Gigantes, qui ab initio nominati fuerunt statura magna scientes bellum, non elegit Dominus, vt haberet Baruch. Sic etiam dici potest de viris famosis potentibus a seculo, qđ tales fuerunt illo tempore, quando destrui debebat genus humatum, vt ostenderet, quōd nec illos elegit Dominus, quæ omnia patere possunt per Aug. 15. de Civitate Dei.

Matt. 1.

Baruch 2.

Tome 5.
cap. 23.

C

R E S P. A D A R G. D V B. I I.

D primum dicendum, qđ multi genera-
ti potuerunt arte Subcuborum & In-
cuborum, non quōd à corporibus assu-
ptis decidere semen, sed quia arte Dæ-
monum, semen aliunde procuratum poterat ad
generationem ordinari. Dicimus autem arte Dæ-
monum, quia vt Aug. tradit 15. de Ciuitate Dei.
p. 1. nullo modo credendum est per sanctos Ange-
los talia fieri, sed per Dæmones.

D Dicendum, qđ filij Dei dicti sunt Angelis Dei & vbi nos habemus filij Dei, quædā translatio habet: Angelii Dei, quia & homines Angelii Dei nuncupati sunt, vel si per filios Dei vellemus intelligere Dæmones modo, quo diximus, possent ad generationem facere, non aliter.

D Ad tertium dicendum, quōd Dæmones po-
tuerunt aliq. esse improbi mulieribus, & exercere
carnalē copulā per procuratum semen, nō per pro-
prium. Nec valeret, si quis diceret, quōd nec per
procuratum semen possent Dæmones hoc face-
re, quia antequam hoc modo semen procura-
rent, & in mulieres transfunderent, infrigida-
retur semen illud, & exalaret virtus eius, quia
Dæmones sunt velocissimi motus ratione cuius-
cito

Artic. II.

cito possent tale semen transfundere. Posset etiam ratione velocitatis motus semen non solum cito transfundi, sed etiam calidum conseruari, qui motus habet calefacere. Rursus: Possunt Demones alias res adhibere, quarum naturam bene noverunt, per quas poterit tale semen in sua virtute conseruari &c.

A R T I C. II.

An Angelis sentiat in corporibus assūptis. Conclusio est affirmativa.

Brul. d. 8. q. 7.



E C V N D O quæritur de corporibus assumptis à Dæmonibus quantum ad opera animalium sensuum, & specialiter quantum ad ea, quæ videmus in corpore, quæ sunt sensus motus, & locutio. Primo ergo quæritur: Vtrū angelis in corporibus assumptis sentiant. Et videatur quod sic, quia secundum Aug. in fine Secundi super Gen. ad litteram: Dæmones quædam vera de temporalibus rebus noise permittuntur, quia vigint acumine subtilioris sensus, quia vigint experientia temporum, & quia docentur à sanctis angelis: sed subtilitate sensus, non possunt vige ī corporib⁹ proprijs, qā illa nō habet, vigēt ergo tali subtilitate ī corporib⁹ assūptis, ergo &c.

Præterea: Non vigint experientia temporū, nec melius iudicant propter talem experientiam, nisi qui vigint sensu, cum experientia generetur ex memorij, & sensibus, iuxta illud: Ex multis sensibilibus sit memoria, & ex multis memorij sit experimentum. Sed Dæmones multa sciunt per experientiam temporum, ergo vigint sensu, non in corporibus proprijs, ergo in assumptis.

Præterea: Particulare est, dū sentitor: vniuersale dum intelligitur secundum sententiam Philosophi, sed angelis assumendo corpora cognitionē habent de particularibus. ergo vigint sensu, sed hoc nō potest esse in corporib⁹ proprijs, ergo &c.


Præterea, vt dicebamus, angelis in corporibus assumptis habent oculos aures, frustra ergo illa haberent, nisi per talia sentirent, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, qā lentire propriæ est aiatorū, corpora illa non sunt aiata, ergo &c.

Dub. I. Lateralis.

An Angelis in corporibus assumptis localiter moueri possint. Conclusio est affirmativa.

Holoth. 2. sentent. q. 4. arg. 5. princ. Alb. Magn. de motu. Ang. q. 9. Biel. d. 2. q. 3. Ockam. Quol. q. 5.



L T E R I V S autē quæritur: Vrum angeli in corporibus assūptis possint moueri localiter, & videtur, quod nō. quia fīm Augu. 3. super Gen. Spirituālis substantia mouetur per tempora, non per lo-

Dub. I. Lateralis. 369

A ca. sed quod non potest Ange. in se, non videtur, secundum, quod ad propositum spectat, quod possit in corpore assumpto, ergo &c.

Præterea secundum Philosophum in 2. Phys. quæ non amplius mota mouent, non sunt Physice considerationis, vbi per non mota mouere intelligit intelligentias, sicut ergo intelligentiae mouentes cœlos ipsæ sunt immobiles, ergo à simili angelis mouentes corpora assumpta ipsi sunt immobiles.

Præterea, quod ad solum nutum mouet, immobiliter mouet, sed ad solum nutum angelis mouetur corpus assumptum, ergo &c.

I N C O N T R A R I V M est, quia motis nobis, vt dicitur in Top. mouentur omnia, 2. Top. 3. 10. quæ sunt in nobis, moto ergo corpore assumpto mouetur, & angelus, qui est in ipso.

Dub. II. Lateralis.

An Angelis in corporibus assūptis loquantur. Conclusio est negativa.

D. Bonav. d. 10. art. 3. q. 1. 2. Biel. 8. q. 1. circa finē. Alb. Magn. de locut. Ang. q. 9. art. 4. Barth. Syb. 2. Dec. c. 8. q. 4.



L T E R I V S autē quæritur: Vrum angelis in corpore assumpto loquātur, & videtur, qā sic. qā in multis locis Scripturę lacrē inuenimus angelos locutos suisce, vt Gen. 19. dicitur, qā duo angelii venerunt Sodomā, & locuti fuerunt cū Loth. Et Mar. dicitur, qā respondens angelus dixit mulierib⁹: Nolite timere, ergo &c.

Præterea, qā sunt in voce: sicut signa eorum, qā sunt in intellectu, cū ergo angelii apparentes hominibus, verē cōceptiones, quas habent apud intellectū manifestent p̄ sonos extra platos, illi soni erūt verē voces, & verē dicētur angelii. 10. q.

I N C O N T R A R I V M est, qā, vt dī in 2. de anima. Inanimatum. n. nullum vocat. i. nihil inanimatum vocem facit: sed corpora illa assumpta sunt inanimata, ergo &c.

Marc. vii.

i. Peribet.

T. e. 17.

Resolutio Artic. II.

Angelis in corporibus assūptis sensum sunt expertes, vt organa non nisi apparentia in ipsis corporibus habeant: Idque patet comparatione ad virtutem sensitivam, ad calorem, ad principalia organa sensus, & ad animaē sensitiam.



E S P O N D E O dicendum, ad questionem primam, quod in corporibus assūptis angelii non sentiant, & per organa illa, quæ apparēt, nullus sit sensus, cum nō angelus assumat corpus non Aegid. super ij. Sent. Ll 3. videt

Angeli re-
latione ad
Deum cor-
suum.

T. 6. 24.

videt per illos oculos: neq; audit per illas aures. Non enim sunt illa vera organa, sed apparent: nec sunt formata ab angelo, vt per illa sentiat, sed, vt per illa suas proprietates intellectuales ostendat. Sunt enim angelique quasi Dei formes. Cum multum participant de simplicitate Dei, licet ad illam simplicitatem non attingant, sed respectu Dei, quasi corporei, idest sint valde à simplicitate Dei recedentes, vt potest haberi à Dam, lib. 2. cap. 3. Sed licet recedant angelii à simplicitate Dei, in hoc tamen imitantur simplicitatem illam, quod sicut diuina natura est simplex, quia sicut intelligit, sentit: & sicut sentit, intelligit, idemque sensus, qui intellectus est illi, vt dicit Aug. 15. de Trini. cap. 5. sic & natura angelica ynico suo simplici intellectu cognoscit sensibilia, & intelligibilia particularia, & vniuersalia: materialia, & immaterialia: colores, & sonos &c. quæ diuersis particularibus sensibus sentiuntur. Angelus itaque in corpore assumpto notitiam habet visibilium, & audibilium, sed hoc non est per oculos, qui apparent esse in illo corpore, nec per aures, sed per suum intellectum. Quod autem angelis in corpore assumpto non competit sentire, quadrupliciter possumus declarare, secundum quod actus sentiendi potest ad quatuor comparari. Primo ad ipsam virtutem suæ ad ipsam potentiam sensitivam. Secundo ad calorem, qui est instrumentum eius. Tertio ad ea, quæ sunt principalia organa sensus. Quarto ad ipsam essentiam animæ, sive ad ipsam animam, quæ est primum sentiens, vt dicitur in 2. de anima.

Prima via sic patet: Nam, vt dicitur in principio de somno, & vigilia: vbi probatur, quod actio sensus est ipsius compositi, cuius est potentia, eius est actio, & quia potentia sensitiva fundatur in ipso coniuncto, ideo actus sentiendi erit ipsius coniuncti, non animæ tantum, nec corporis tantum. Sed quia plurimum secundum essentiam non potest esse una virtus, quia una simplex forma in diuersis subiectis essentialiter differentibus esse non potest, si competenter sentire angelo in corpore assumpto, esset ibi potentia sensitiva. Illa ergo potentia sicut in subiecto non posset esse in compagno ex angelo, & corpore, quia non sit unum per essentiam ex utriusque, esset ergo vel in angelo tantum, vel in corpore tantum, quorum utrumque est impossibile, quia potentia sensitiva nec in corpore per se, nec in substantia spirituali, separata à corpore secundum esse fundari potest, ergo si non saluare possumus ibi esse potentiam sensitivam, nec salvare poterimus, quod sit ibi actus sentiendi.

Secunda via ad hoc idem sumitur, prout a Qus sensus comparatur ad ipsum calorem, qui est instrumentum potentiae sensitivæ. Ait enim Commen. in 2. sui colliget: in cap. de iuuamentiis membrorum sensitivorum, quod calor, cum quo operatur virtus nutritiva, non est ille calor, cum quo operatur virtus sensibilis. Et hoc apparet, vt dicit in dormiente, & vigilante, quia operatio virtutis nutritivæ est fortior, cum dor-

mianus, & tamen tunc non sunt sensus in actu, loquendo de sensibus particularibus. Sed quicquid sit de hoc, & qualiter non sit idem: calor, cum quo operatur virtus nutritiva, & virtus sensibilis, & etiam qualiter sit idem, non est presentis speculationis, sufficiat autem ad praesens scire, quod calor purus elementaris non sufficiat ad sensum, sed oportet, quod ille calor sit animalis, qui non est nisi in corpore animato: & quia corpora illa non sunt animata, non solum deficit eis potentia sensitiva, vt non possint sentire, sed etiam deficit eis calor ille, cum quo operatur huiusmodi potentia, ex quo etiam concluditur, quod illa corpora sentire non possunt.

B Tertia via ad hoc idem sumitur & ex parte organorum, quæ sunt principalia in sensu. Nam sicut in nutriendo principalia organa sunt cor, & hepar, & in generando & principalia organa sunt cor, & vasa genitalia, sic in & sentiendo principalia organa sunt cor, & cerebrum. A corde enim est pulsus, nutrimentum, sensus, & vis generativa. Sed pulsus exercet cor per venas pulsates, vt hoc non communicet hepati, vel alicui tali organo, vt potest patere per Commen. in 2. sui colliget. in cap. de iuuamentiis hepatis. Nutritionem autem exercet cor per hepar, sensum autem per cerebrum, generationem & vasa genitalia. Ideo pulsare dicuntur cor per seipsum, & quia in huiusmodi pulsu potissimum relucet opus vitae, dicitur spiritus vitalis esse in corde, alia autem opera exercet cor per alia organa. Ideo spiritus, & calor res deteruientes illis operibus, appropriantur alijs organis, vt spiritus, & calor naturalis, siue nutritius hepati: sensibilis, siue animalis cerebro, secundum quem modum posset assignari quartus calor, siue quartus spiritus. vt sicut ponitur vitalis in corde naturalis. i. nutritius in hepati animalis, i. sensibilis in cerebro; sic generationis, & formativus attribuantur vasis generationis. Reuertamur ergo ad propositum, & dicamus, quod organa, quæ principiantur in sentiendo, sunt cor, & cerebrum, licet cor in hoc magis principetur, quam cerebrum. corpora itaque illa assumpta ab angelis, quia non est in eis verum cor, nec verum cerebrum, ideo sentire non poterunt.

D Quarta, & ultima via sumitur, prout sentire comparatur ad animam. Nam semper agere præluponit esse, quæ ergo non habent esse animalium, non possunt habere actiones, & opera animatarum.

R E S P. A D A R G. A R T I C. I I.

VA D primum dicendum, qd Augu. quasi nihil assertiuè loqui voluit de angelis, qd ergo dixit Dæmones vigere subtilitate sensus, dicit secundum opinionem credentium, qd Dæmones sint animalia, vel si volumus loqui largè de sensu: Dæmones vigent subtilitate sensus, idest subtilitate cognitionis. Dato tamen, quod concederetur, quod dicitur, acciāmē pro.

* Augustinus nūl quā si assertiuè dicit de An gelis. Id est pra fregi ter, & in fine s. d. super littetam.

Resolutio Dub. I.

Angeli non mutant locum, nisi totum mutant ipsum: cum sint in loco, vel motu quantum ad futurum.

*Angel vi-
gent experien-
tia tem-
poris supa-
dicti.*

propter argumentum nō haberetur intētū. qā si Dæmones sentirent, hoc esset per sua corpora subtilia eis propria, non autem per illa corpora grossa, quæ assumunt, quibus induerent sua corpora subtilia, si taha haberent corpora.

Ad secundum dicendum, quod vigere experientia temporum potest esse dupliciter, vel quia res imprimunt aliquid in potentia cognitivam, & sic nihil veget experientia temporum, nisi qd habet sensum. quia res iste sensibiles non possunt aliquid immediatè imprimere in intellectu, nisi prius imprimat in sensum. Alio modo potest alius vigere experientia temporum, non quia cognitionem accipiat à rebus, vel quod res agant in suam potentiam cognitivam, sed quia progredivibus rebus in esse, incipiunt eis aliqua esse nota, quæ prius non erant nota. Nam species in mentibus Angelorum representant res, vt habent esse determinatum in se, vel in suis causis: contingencia autem futura, quæ nec sunt determinata in suis causis, cum sint contingentia: nec in seipsis, cum sint futura, per species angelicas sufficienter representari non possunt. Si ergo illa futura hanc præsentia, erunt nota Angelo, quæ prius non erant nota, non quia cognitionem à rebus accipiat, sed quia iam præsentia facta erunt in seipsis determinata, quæ prius, cum essent futura, determinata non erant. propter quod poterunt iūc simpliciter representari per species angelicas, quæ prius representari non poterant, sic ergo vigere experientia temporum, non est habere cognitionem sensitivam, sed intellectivam tantum.

Ad tertium dicendum, quod licet noster intellectus, quamdiu est coniunctus corpori, non possit cognoscere particulares, nisi conjungat se sensui; ideo dicatur à nobis particulares esse, quid sensibile, & vniuersale intelligentia. Intellectus tamen angelicus, qui cognoscit non per species abstractas à rebus, sed per species derivatas ab ideis diuinis, à quibus producuntur res secundum se totas, cognoscit res secundum totum suum esse, non solum secundum esse vniuersale, sed etiam particulares, quia ergo species illæ angelicæ derivatae ab ideis diuinis, sic sunt representatio terum, habet. Angelus cognitionem particularium non per sensum, sed per intellectum.

Ad quartum dicendum, quod illi oculi, & illæ aures licet non sentiant, non sunt frustra, quia non carent fine, non enim sunt formatae ad hunc finem, vt sentiant, sed,

vt proprietates intelligibiles insinuant, & ostendant. Vnde

& Dionysii, vlt. ca. de

Angel. Hierar-

chia, ex

omnibus membris corporis

assignat proprietates

Angelorum.

B

C

D

Vid autem, quod querebatur; Virtute Angeli in corporibus assumptis moueantur, dicemus, quod quantum ad motum, sic est suo modo de Angelo in corpore, quod assumit, sicut est de anima de corpore, quod informat. Nam si moueantur partes corporis informati ab anima, & totum corpus non mutet locum, non dicetur anima moueri nec per se, nec per accidens: sed si totum corpus, quod informat anima, mutet locum, moto tali corpore per se, dicetur moueri anima per accidens. Sic & in proposito: si aliquæ partes corporis assumpti ab Angelo moueantur, vt patet, non dicetur propter hoc moueri Angelus, nec per se, nec per accidens: sed si totum illud corpus mutet locum, oportet, quod saltē per accidens dicatur Angelus moueri secundum locum. Quæ omnia, vt clarius videantur, oportet triplici distinctione vti. Vno modo ex parte arietatis loci. Aliomodo ex parte motus. Tertio ex parte eorum, quæ sunt in loco.

Propter primum sciendum, quod aliquando arietas loci est materialis tantum, aliquando autem est formalis, vt nauis existens ligata ad stipitem in aqua fluente, semper est in eodem loco formaliter, quia semper habet eundem ordinem ad vniuersum, sed non est in eodem loco materialiter, quia cum semper aqua fluat, semper habet aliam, & aliæ aquam sub se. Sic etiam: si aliquis existens in aere, vento flante, & remouente totū aerem circa eum, erit in alio loco materialiter, quia habebit alium aerem circa se, sed non erit in alio loco formaliter, quia habet eundem ordinem ad vniuersum. Aliquando vero sumitur arietas loci formaliter, siue hoc sit per se, vt si quis incedat de loco ad locum, & ex hoc habeat alium ordinem ad vniuersum: siue hoc sit per accidens, vt si quis, mota naui, moueatur, & ipse existens in naui, & ex hoc alium ordinem ad vniuersum habeat.

Aduertendum tamen, quod arietas loci materialiter, non est propriæ arietas, sed impropriæ, vel secundum quid. Siquis enim sit immobilis, quā tuncunque aer circa ipsum moueat, non dicitur esse in alio loco: & nauis ad stipitem ligata quantuncunque aqua subter eam fluat, locum mutare non dicitur. Ideo Philostopus in 4. Physi. in ca. de loco dicit, magis totum fluuium habere rationem loci, quā partem fluuij, quia licet partes fluuij fluant, & refluant, totus tamen fluuius est in eodem loco, & nauis ligata ad stipitem, licet non habeat eundem ordinem ad partes fluuij, quia nunc habet hanc aquam sub se, nunc illam, ad totum tamen fluuium habet eundem ordinem.

Locus ma-
terialis, &
formalis.

Tex. c. 41.

Loci muta-
tio triplices.

Viso, quomodo diuersimodè sumitur alicetas loci, restat videre de aliciate motus, quia de motu alicuius possumus loqui tripliciter, vel secundum se, vel secundum partes alias, vel secundum partes omnes. Si ergo ipsum totum mouetur, id est, mutat locum secundum se, tunc etiam secundum substantiam mutat locum, & essentialiter aliis est locus eius, nunc aliis prius. Si vero totum non mutat locum secundum se, sed secundum suas partes, vel hoc est secundum partes alias, & tunc non solum totum non mutat locum, sed etiam totum non mouerit, & solum mouentur partes aliquæ, sed si huiusmodi motus sit secundum omnes partes, sic, quod omnes partes mutent locum, non autem sit secundum totum, quia totum non mutet locum, tunc totum corpus mouebitur. sed totum non mutabit locum secundum substantiam, sed solum secundum dispositionem, ut appareat in celo, ergo aliquando totum corpus mouetur, & totum mutat locum secundum substantiam, quando mutatio loci competit toti corpori secundum se, ut appareat in corpore, quod mouetur motu recto. Aliquando totum corpus mouetur, sed totum non mutat locum secundum substantiam, sed solum secundum dispositionem, quando mutatio loci competit corpori, secundum quamlibet sui partem, sicut appareat in corpore, quod mouetur circulariter. Aliquando quidem nec totum corpus mouetur, nec totum mutat locum secundum substantiam, ut si moueat corpus solum secundum alias sui partes, ut appareat in animali non mouente se totum, sed mouete aliqua sua membra.

Esse i loco
tribus cōtin-
git modis.

Angeli dif-
finitiū quo
nāt i loco.

Habito, quomodo diuersimodè sumitur alicetas loci, & quomodo diuersimodè aliquid mouetur, vel mutat locum, restat distinctionem facere de his, quæ sunt in loco. Primo modo aliqua sunt in loco circumscripsiæ, & situaliter, ut corpora, & quæcunque extenduntur modo quantitatiuo, quia sunt pars in parte, & totum in toto. Aliqua vero sunt in loco non situaliter, nec circumscripsiæ, sed diffinitiū tantum, & hoc modo sunt in loco spirituales substantiaz. Vnde Dama, lib. 2. cap. 1. ait, quod non circuntermittatur Angelii à patribus, & ianuis, & claustris, & signaculis, indeterminabiles enim sunt, non enim determinantur Angelii sicut ipsa corpora, ut secundum hanc partem sint in hac parte loci, & secundum aliam in alia. Diffiniuntur tamen Angelii secundum locum, id est, sunt in diffinito, & determinato loco, ut cum sunt in uno loco non sunt in alio; cum sunt in celo, non sunt in terra, ut dicit Dama, lib. & c. p̄t̄ allega. Et hoc quidem appellat esse circumscripsiæ, ut dicatur aliquid circunscribi loco, quando non est extra locum illū. secundum quem modum aliquid licet impròpriè sit in loco circumscripsiæ propriè, tamen circunscribi loco, est situaliter esse in loco, ut locutus adaptetur loco, pars parti, & totum toti, sed cum de te constat, de verbis minimè curare debemus. Tertio modo aliquid dicitur esse alicubi nec si-

tualiter, quod se cōspicit loco, nec diffinitiū, quod nihil eius sit extra illum locum, sed si est alicubi magis est ibi conservando ea, in quibus est, quam quod situerit, vel diffiniatur ibidem. Et hoc modo Deus est ubique. Vnde Aug. 1. Cōfes. ait; An non opus habes, ut à quocunque continaris, qui omnia contineat quoniam quæ implexes, continendo implexes. Et Isid. lib. 1. de lumbo. c. 2. dicit Cœlum, & terram implet Deus, non ideo, ut continant eum, sed ut ipsa potius continentur ab eo. Nec particulatim Deus implet omnia, sed est unus, & idem ubique totus.

His itaque prælibatis cum quæritur: Vrum moto aliquo, moueat illud, quod est in eo, si huiusmodi motus localis sit materialis tantum, non dicetur moueri quod est in aliquo propter motum eius, in quo est: ut non mouetur nauis ligata ad stipitem, propter motum aquæ subter eam, nec opotest, quod moueat quis existens in aere, propter ventum flantem, & mouentem aerem, in quo erat. Sed si mutatio loci non sit materialis, sed formalis, aut huiusmodi mutatio est secundum partes tantum, quod solæ partes mutant locum secundum substantiam, siue sit secundum omnes, siue secundum alias, vel talis mutatio est totius secundum se. Distinguemus ergo de eo, quod est in tali toto, quia aut est situaliter, sicut corpus in corpore, ut aqua in vire, aut diffinitiū tantum, siue hoc sit sicut motor, ut Angelus est in corpore, quod mouet, siue sit forma, sicut anima rationalis est in corpore, quod perficit, aut est neutro horum modorum, sicut Deus ubique est, quia nec situaliter, nec diffinitiū est ibidem.

Primo quidem modo, & ad motum partium, & ad motum totius potest moueri contentum sicut mouetur continens: ut si aqua esset in vire, & moueretur una pars vtris, & non alia, mouetur aqua, quæ esset in illa parte vtris, sicut moueretur ipsa pars vtris, & si vter esset totus rotundus, & moueretur circulariter, ita, quod tunc non mutaret locum secundum substantiam, sed secundum dispositionem: partes vero mutarent locum virtuote modo: aqua existens in vire, sic moueretur, & sic mutaret locum, sicut & vter.

Sed si secundo modo sit aliquid in loco diffinitiū, & non circumscripsiæ, siue situaliter, secundum quem modum dicitur esse in loco Angelus, vel Anima, tunc nisi totum mutet locum secundum substantiam, quantuncunque partes mutant locum, siue omnes, siue aliquæ, non dicetur tale quid moueri, nec per se, nec per accidens, ut si homo moueat brachia vel crura, & moueat totum, non dicetur anima moueri nec per se, nec per accidens, sic etiam si homo se totum posset sic vertere, quod non mutaret locum secundum substantiam, secundum talē motū, etiam non moueretur anima, nec per se, nec per accidens. Simili etiam modo si Angelus est in aliquo corpore mouens ipsum, si partes illius corporis moueantur, non dicetur Angelus, nec per se, nec per accidens moueri, etiam si omnes huiusmodi

Deus ex
tribus con-
tinendo, &
conserua-
do ea, in q-
bus est, no
tionaliter,
nec diffini-
tiū.

Anima q-
moueat ad
motum cor-
poris.

Angelus q-
moueat ad
motum cor-
poris.

huiusmodi partes mutent locum secundum substantiam, dum tamen ipsum totum secundum substantiam locum non mutet, vt puta si Angelus esset in aliquo corpore rotundo, & illud moueretur circulariter: quantuncunque quilibet pars mutaret locum secundum substantiam, quia tamen totum secundum substantiam locum non mutaret, nō diceretur Angelus moueri secundum huiusmodi motum, nec per se, nec per accidens, cuius ratio est, quia Angelus, & anima, cum non sint alicubi situatim, & non coaptentur ei, in quo sunt partes, per se, & primo respiciant ipsum totum. Si autem respiciunt partes, hoc est, secundum, quod habent ordinem ad totum, ut anima per se, & primo est in toto corpore tota, si autem est etiam in qualibet parte tota, hoc est prout huiusmodi partes habent ordinem ad totum, ideo abscissa manu, non abscindit anima, quae est in manu, sed simpliciter desinit anima esse in manu abscissa, qd desinit huiusmodi manus habere ordinem ad totum. Sic etiam & Angelus in corpore assumpto, vel in corpore, quod immediatè mouet per se, & primo, est totus in toto. Est etiam nihilominus in qualibet parte, non per se, & primo, sed prout tales partes habent ordinem ad totum, ideo abscissa quacunque parte, non abscindetur Angelus cum ea: & mota parte, nō dicetur Angelus, vel anima moueri secundum eam.

Dicamus ergo, quod quia Angelus, & anima respiciunt ipsum totum, in quo sunt per se, & primo, & non sunt ibi situatim; ideo non mouetur nec Angelus, nec anima etiam per accidens ad motum partium, sed solum ad motum totius, nam cum per se, & primo respiciant ipsum totum, non mouebuntur, nisi ad motum totius. cum ergo propter mutare locum partes, totum non mutet locum, nisi secundum dispositionem, solum illud secundum tamē motum mutabit locum, quod nō secundum candem dispositionem est in toto nunc, & prius. Propter quod sic se habet, quod situatim est ibidem, vt quia situatim applicatur toti, ideo sicut aliter disponitur totū, sicut aliter disponitur & ipsum: sed quod non situatim est in toto, quod aliter disponatur totū, non aliter disponitur ipsum. Quantumcunque ergo secundum dispositionem totum aliquod mutet locum, nunquam Angelus, vel anima dicitur mutare locum secundum tamē motum, cum non sint in aliquo toto situatim, nec disponantur dispositione totius. sed si totum mutat locū secundum substantiam, quia Angelus, & anima licet non sint in aliquo toto situatim, tamen qd sunt ibi diffinitiū, & illud totum, in quo sunt, incipit esse, vbi non erat, consequens est, vt ipse Angelus, & anima per accidens ratione eius, in quo sunt, incipiunt esse vbi non erant. Corpora ergo quia sunt vbi sunt situatim, ideo in talibus contentum poterit mutare locum ad solum motum partium continentis, vt si partes continentis moueantur, quia continens mutabit locum secundū dispositionem: contentum, quod dispo-

Angelus & anima non moueantur ad motum partium corporis. sed ad motum totius, & anima non moueantur ad motum partium corporis.

nitur ad modum continentis, ut aqua, quæ disponitur ad modum vtris, ad solam motionem partium vtris mutabit locum, sicut & vter. Sed spirituales substantiae, quia non sunt in loco situatim, sed diffinitiū, & non disponuntur dispositione eius, in quo sunt, propter motum partium, & propter motum mutantis locum secundum dispositionem non dicentur talia mutare locum, nisi ipsum totum mutet locum secundum substantiam. Deus autem, qui nec diffinitiū, nec circumscriptiū est in loco, nec propter motum totius, nec propter motum partium mutabit locum. Nam ideo Angelus in corpore assumpto mutat locum, vel anima in corpore, quod perficit, quia cum talia diffinantur in suis corporibus, incipientibus talibus corporibus esse vbi nō erant, quia hoc est moueri, incipere esse aliquid vbi non erat; dicuntur tales substantiae moueri, quia incipiunt esse vbi non erant. Sed si tales substantiae non diffinirentur in suis corporibus, quantumcunque illa corpora inciperent esse, vbi non erant Angelus, vel Anima non dicerentur propter hoc esse, vbi non erant, cum non finiantur in tali corpore, sed etiam esse possint, vbi non est tale corpus. Deus ergo, quia non finitur, nec limitatur secundum aliquid corpus, non mouetur secundum motum alicuius corporis, immo cum infinitus, & vbique sit, non potest incipere esse, vbi non erat, sed solum qualiter non erat, nec potest mutare loci situm, vt sit vbi non erat, sed potest suarum creaturarum supplere defectum, vt agat aliquid in aliquo, quod non agebat. Si etiam totum vniuersum mutaret locum, vel si totum vniuersum de novo fieret, non esset aliqua immutatio in Deo, nec per se, nec per accidens, quia nihil mutari potest, nisi quod est finitum, & limitatum. Si autem mutari est ire de uno in aliud, solum illud mutari poterit, quod prius determinatè respicit hoc, & postea finitè, & determinatè respicit aliud. Quod autem est infinitum, dato, quod respiciat aliquid, qualiter non respiciebat, vel etiam, quod non respiciebat, vt puta si de novo creetur illud, non erit hoc per mutationem eius, sed solum per mutationem alterius.

Et vt hoc clarius pateat, dicamus, quod sicut Angelus, & anima per se, & primo sunt in toto aliquo: ideo si abscindatur partes, non abscindatur ipsa: vt abscissa manu, nō abscindit anima, sed simpliciter dicitur desinere esse in tali manu, non per motionem animæ, sed per motionem manus, quia cum manus abscissa non habeat vltterius ordinem ad totum, non vltterius erit ibi anima. Et quod dicitur de manu abscissa, veritatem haberet de manu reintegrata. vt si manus abscindatur, desinit ibi esse anima, non per mutationem animæ, sed per solam mutationem manus, sic si manus abscissa per miraculum reintegraretur, inciperet ibi esse anima, non per mutationem aīæ, sed manus. Sic & in proposito Deus per se, & primo dicitur esse in seipso, si autem est in alijs, hoc est prout habent ordinem ad ipsum.

Si

Angeli, &
animæ diffi-
nitivè sunt
in loco, nō
situatim, &
non mutat
locum, nisi
totum tecum
subdit.

Deus nullo
modo mo-
uetur.

Deo cur me
nisi nō pos-
sit.

Dicitur ins-
mobilitatis
exemplum.